6
19-b
104

A 11/13.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
21 I D
48

bliotheca
Coll. Rom.
et. Jesu

21-C-41

6 19 b 104

Digitized by Google

AMATORIA
DIVINA
De Arte Amandi
Deum, Virginem, & Angelum Cuſtodem.

LIBRI NOVEM.

Auctore
GVIDONE VANNINIO
I. C. & Equite,
Ciue Lucenſi, & Romano.

Tertiò Edita, & ab ipſo Auctore recognita, & Aucta.


Addito Lib. Sacrarum Epiſtol.
ILLVSTRISS. PRÆSIDIBVS
Academiæ Ardentium
DICATO.

Bononiæ, Typis Io. Baptiſtæ Ferronij 1640.
Superiorum permiſſu.

Bibl: Coll: Rom: Soc: Jesu
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



EXCELLENTISSIMO
SENATVI
LVCENSI.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE

QVadrageſimus iam elapſus eſt Annus, ex quo me Romà redeuntem veſtra excepit benignitas, & in arcto ſuo catena non vt Mercurius Prometheum ferrea, ſed aurea tenaciſſimè aſtrinxit, vnde grati inſtar Villici aliquos fructus ex Heliconis Hortis vobis donaui collectos; En iterum poſt multos annos ad oblationem redeo, & fructus offero multo prioribus precioſiores è beatiſſimis Paradiſi Pomarijs productos: ſolidam pietatem hic totis vlnis excepi, Muſarum blandè lepores ſed fructuosè affectãs; Diſpereant qui Camenas habent ne-

quitiæ lanas, & Illices turpitudinis. Ex hoc opere veſtra Nobilis Iuuentus relatu digna, lectu vtilia, cogitatu ſacra diſcat aſſiduè: mihiq; ad quinctum Vitæ actum properanti, ſi licet vtraque plaudat manu. De Arte Amãdi Deum Carmen nemo ante me, quod ſciam, edidit; placuit hinc me tollere humo Gentiliquè potiorem ſperare laurum ab æterni Largitoris manu reportandam. Accipite ergo Vos orbis Terrarum Lucidiſſima Lumina meum Munuſculum. Errata in opere remittite; omiſſa, ne quærite, guſtate patienter allata; Vati fauentes in veſtro Obſequio, & viuenti, & morituro. Deus vos Incolumes perpetuò fortunet; & ipſa Fauſtitas veſtram Libertatem feliciſſimè conſernet.

Addictiſſimus Seruus

Guido Vanninius I.C. & Eques.

V.D.Octauianus Finatius Rect.Pœnitent. pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.Card.Archiepiſc.

Imprimatur.

D. Hieronymus Bendandus Monacus Caſin.Doctor Colleg.Lector pub. & Sanctiſs.Inquiſ.Conſultor pro Reuerendiſs. P. Inquiſitore Bonon.

Digitized by Google

DE ARTE AMANDI DEVM.

LIBER PRIMVS.

ILLE ego cui toties prima florente Iuuenta
Dextra fuit teneris blanda Thalia modis,
Qui cecini ſacros Hymenæi ſæpius ignes,
Et Regum tragico triſtia fata pede,
Vndecimum Clotho voluit dum pollice luſtrũ,
Inficit, & flauas cana ſenecta comas:
Et lethi memor, & meliori percitus œſtro
Scandere felici molior aſtra gradu;
Ecce meum ſupera tráſfixum cuſpide pectus,
Odit humum, & maius viribus vrget opus,
Vatis opus leges Diuini tradere Amoris,
Quiſquis ades lecto carmine doctus ama.
Arma tibi furioſa Venus moueoq; feroque,
Orbis in illecebras fortiter arma gero.
Tartareæ tremuere fores, fremuere Cateruæ,
Vobis ſenſiſtis bella parata reor;
Cœlitus Aura veni Diuum ſpirabilis ardor,
Tu præſens, Vati Numen adeſſe velis:
Mens mea ſuccũbat cæptis, mẽs excidat auſis,
Auſis ni faueas Aura ſuperna meis;

Sint procul hinc veterũ mẽdacia numina vatũ
Odi fallaces Bellerophontis aquas;
Nil moror hic Phœbi auxiliũ,nil Palladis artes,
Quod permãſurum eſt, cœlitus omne bonũ (eſt.
Ingredior quà cernuntur, veſtigia nulla,
Nulla mihi dubium ſemita monſtrat iter,
De facili non lecta placent mihi ceſpite ſerta,
Audebo; merces,ſlat mihi magna Deus.
Iuſſit opus Deus,ecce Deus,dat mẽtẽ animũq;
AD res difficiles dum vocat ille, præſt.
Obſcœnos olim docuit Pelignus amores
Vates, & vetiti turpia facta tori;
Eſſe procul voluit vittas, moreſq; pudicos,
Idalijs plauſit Martia Roma ſonis:
At feſcennino laſciua licentia iurè
Authori peperit plurima damna ſuo;
Inter Sauromatas longo ſuſpiria fletu
Duxit, crudeles inter & ille Getas.
I nunc, nequitias & partes Thaidos exple,
Ignibus adde ignes luxuriamq; doce:
Ar tem nos canimus diuino fœdere amantes
Quæ ſe coniungant vir mulierq; Deo.
Spiritus ætherea noſter delapſus ab arce eſt,
Patria poſt mortem victor ad aſtra volet;
Principiò cauſas queis debet ſolus amari
Vnus, qui ſummo Numine cuncta regit,
Deinde modos, certaſq; vias exemplaq; dicã,
Rite quibus nobis diuus amandus Amor;
Hinc effecta canam cæleſtis viuida Amoris
Pectoris ardentes concutiam que faces.
Ergo cupis quiſquis flammis diuinitus vri,
Et raperis cæli lumine lectus amans,
Exue mortiferas noxas, & crimina linque,
CÆLicolum Regi non niſi caſta placent;

Pu-

Purus Amor Superũ puros ſibi poſcit Amãtes,
Gẽs temeraria procul, turba profana procul:
Sit ſine labe tuum corpus, mens integra, corda
Pura gere, in proprio nulla ſit ore Venus:
Lilia digna polo quia ſunt candentia, vitæ
Sic niuibus compar candor vbique tuæ;
Turpia qui ſequitur vitam dum viuit in orbe,
Occumbet ſtygio victima digna duci.
Ergo criminibus ſacro de more piatis
Christi miles iò caſtra beata ſubi;
Sponte ſecuturus victricia ſigna Tonantis,
Ad bella ad palmas mentẽ animumq; para,
Militis officium noctu vigilare diuque,
Vndique nam fraudes plurimus hoſtis agit,
Vince oculis Argum, cæleſtis Alumne, cateruæ
Tartareæ tœdas in tua damna rotant.
Non ſegetes tot ſicanis naſcuntur in aruis,
Dædala nec flores pectore fundit humus.
Non tot agit fluctus brumali ſidere pontus,
Non tot ab arctoa fulmina parte cadunt;
In te quot ſubitò violentos ſenſeris hoſtes
Hinc atque hinc videas noxia tela iaci;
Nil adamantæo timeas es robore fultus,
Tu quoq; tela moue, militat ipſe Deus,
Dic ego ſum Cœli miles, nihil arma metuſq;
Demoror horribiles Orce ſuperbe tuos;
Mundi blanditias, Veneris turpeſq; furores
QVI ſuperaſſe velit, iam ſuperaſſe poteſt;
Eſt opus egregijs animis, & pectore firmo,
QVEM Deus hortatur, quid trepidãter agat?
Tutus vt expugnem pectus lorica tenebit,
Præbuerit capiti ferrea caſſis opem:
Dextra feret ſtrictũ gladiũ clypeumq; ſiniſtra;
Sic fas in caſtris excubuiſſe Dei.

Mortis ero memor, hoc ſcutū fera tela repellet
IVDIcij, certo hoc hoſtis ab enſe cadet.
Præmia cæleſtis Patriæ certiſſima, circum
Frontem criſtatæ caſſidis inſtar erunt,
Æternæ Barathri pœnæ fletuſque metuſq;
Inuicti rigeant pectoris æra mei.
His animaduerſis, & ſic munitus ad alta
Contendas animo; torquor abeſto procul.
Quære alacris cauſas tibi cur moderator Olym
Aurea cui parent ſidera, terra, mare; (pi
Omnibus abiectis ſit pura mente colendus,
Debeat exquiri cur tuus vnus Amor;
Omne bonū Deus eſt, Deus eſt optabilis, ergo
Cum Iuſtis vltrò nec negat eſſe viris
Diuina eſt bonitas à qua ceu fonte perenni
Naſcitur omnis honor, profluit omne bonū,
Ille idem ſapiens, mitis, diueſq; potenſque,
Quo nihil eſt maius ſimplicius ne nihil.
Quidquid ages operis penſabit diuite dextra,
Penſabit largo fœnore quicquid ages;
Æternum dabit ille frui felicibus oris,
Dona dabit nullo deperitura die;
O mens vana Virûm, mens ò deperdita cæcæ
Stultitiæ tantum, noctis & illa fouet?
Sic ſibi captæ oculis fodere cubilia Talpæ,
Sic ſuis in cœno turpia membra cubant;
Ad ſuperos tu tolle animos ſenſuſq; calentes,
Poſſe tibi dabitur cernere vbique Deum:
Luminibus Cœli immenſam circūſpice molē,
Et mundi varias ingenioſus opes,
Et gremio quicquid complectitur Amphitrite,
Grandia diuinæ ſunt monumenta Manus.
Pignora certa tui ſunt hæc cæleſtis Amantis,
His potes ignauo ſubdere calcar equo.

Hinc

Hinc tibi creſcat Amor, quantū ſe ſubijcit alnus
Vere nouo, & mentis viuida flamma tuæ;
En ait ille Parens rerum, lux naſcere mundo,
Et noua lux mundo facta repentè nitet:
Inclyta lux ſalue, lampas præclara, recentis
O bis honos, Superum gloria, grande decus
Tu noctis tenebras pellis caligine fœtas,
Te ſine nil felix, te ſine dulce nihil,
En circumfuſo librátur in aere tellus,
Stat tellus ficco pondere vincta ſuo.
Deſerit vnda vndas, tibi ſurgunt ſtagna lacuſq;
Flumina prægelidis multiplicantur aquis.
Maxima congeries iam iam denſatur aquarum
Ore Dei vaſtum quæ mare nomen habet.
Prodiga terra parit gēmas, iam parturit arbor,
Arbor h bet fructus, ceſpes, vbique viret.
Omnia diuina, ſpirant loca peruia flammas,
Diues mortali nam famulatur humus:
Ecce pyrus curuat fœcundo pondere ramos
Tollis odoriferum tu cypariſſe caput.
Aſpice frondoſas celſis in montibus ornos,
Quæ non formidat frigora taxus adeſt;
Iuniperi ſurgunt & amantes littora myrti,
Effundit virides populus alta comas.
Stant quoque pacales oleæ, quercuſq; abieſq;,
Alnus alit ſiluas accipienda mari;
Tendit ad aſtra vlmus circūmplexura caducas
Nexilibus vites ambitioſa comis;
Enitet irriguis pulcherrima pinus in aruis,
Sic ſemper vernat meos lit[illegible] iuncta Deo;
Buxea ligna vigent [illegible] pallentia vultu,
Ob cœlum Chriſti palleat omnis amans;
Cæſareas vinctura comas & tempora Vanum
Diuitias [illegible] ad aſtra ſuas.

In palma cedroq; oculos cœleſtis Alumne
Fige, ac diuini pignora Amantis habe.
Crux fuit è Cedro Palmæque è ſtipite ſecta,
In cedro & palma iam venerare Crucem.
Æterna eſt cedrus, fies æternus Olympo,
Palma tibi palmas plurimo ab hoſte feret.
Myrrha viret Chriſti labris fuſura liquorem,
Signa ſequens Chriſti tu quoq; amara bibe.
Tota abit in flores tellus & fertilis omnes
E'gremio plantas verſicolore parit,
Sidera telluris flores, ſunt pignora plantæ,
Omnia cœleſti ſunt fabricata manu;
En caſiæ pandunt fœcundo pectore fœtus,
En ſurgunt cilici lilia miſta croco. (ſtro,
Hàc roſa cana micat, fulgenti hàc purpurat o-
Hac violæ faſtus explicuere ſuos;
Vertitur ad ſolem Clytie,tu quære Tonantem,
Sol Deus eſt, ſolis Numen amantis ama;
Aſt alios inter florem ſpeculare cruenti
In Cruce qui Chriſti mæſta trophœa refert;
Spinea ſerta refert,Haſtā, ſpeciēq; Columnæ,
Ingentes Clauos, Verbera,Vincla,Crucem,
Et cernit Pater omnipotens fera vulnera Nati,
Flos dolet,& lacrymis, rore madēte,madet
Hic tua faſciculus ſtringat præcordia myrrhæ,
Hæreat hic menti nocte dieque tuæ;
Mēbra cibo releuas?hic flos te nectare paſcat,
Forte bibis? miſce floris amara mero
Carpis iter? flos oblectet tua lumina, dormis?
Euigilet floris mens in odore tua:
O' Superis æquanda choris ſic vita peracta,
HOC vixiſſe Deo eſt,hoc obijſſe Deo:
Dextra Dei Titāna creat Lunamque vagantē,
Sol ſplendet, ſolis lumine Luna micat.

Sole dies lucent,& noctibus illa refulget,
  Sed Iubar æternum prænitet axe magis;
Hic per Signiferi diſpendia nota recurrens,
  Partitur gyris tempora certa ſuis,
Hællæi vix Vectoris lucentia tangit
  Sidera, & omnifero ceſpite turget humus;
Omnis humus picturato ſplendeſcit amictu,
  Vere nouo vernant prata decora comis.
Vitis agit gēmas, ſurgunt de palmite frondes,
  Cuncta vigent, tellus purpurat, aura fouet.
Dum lætis volucres concentibus aera mulcēt,
  Et querulos Progne fundit ab ore ſonos,
Tu quoq; funde Deo ſuſpiria pectore ab imo
  Et defle vitæ turpia facta tuæ:
Turtur amat, dio ducat te turtur Amanti,
  Cuncta Deum ſpirant? ſunt opus illa Dei:
Sol idem tacto feruentis ſidere Cancri
  Æſtatis rabidis tempora portat equis.
Andromedes diros clarus Pater exerit,ignes,
  Dum ſæuit Procyon arida terra calet;
Flaua Ceres, cupit agricolæ ferrumq; manūq;
  Et rumpit ſiluas rauca cicada ſonis.
Aerias inter flammas caue prouidus æſtus,
  Quos mouet ardentes inſidioſa Venus.
Volue rogos animo ęternos Ditemq;gemēdū;
  Ignis edax Veneris victus ab igne, cadet;
FLAmma domat flāmas ſtat magno blāda voluptas,
  Fæmineas turbas effuge, tutus eris;
Rura petes: en ducit oues per deuia paſtor,
  Mox metuens ignes ætheris ecce cubat.
Dic tibi Chriſtus amās cæleſtis Paſtor olympo
  Errantem terris me quoq; ducet Ouem;
Flumina proſpicis celeri fugientia tractu.
  Humanam ſortem flumina viſa doceant.

Ad-

Additur vnda vndę,atq;vndā fuga tvnda volā-
Ætas ſic hominis dum venit,ecce fugit;(tē,
Sed iam Libra die parili cum tempore noctis
Mitia proſpectu Virginis aſtra facit.
Lenior eſt Titan, Autumnus ſurgit ab agris,
Ac tempeſtates Pleias orta trahit.
Subrubet vua mero lætis in collibus, arua
Omnigenis pomis facta decora nitent;
E gremio oſtentat fœtus Pomona rubentes,
Fructibus exultat terra grauata ſuis.
Appia mala vides, ſuſpe- ſa cydonia, ſorba,
Meſpila, præpingui ventre volema vides;
In tot diuitijs rerum ſerieq; bonorum,
Cœleſti Domino eſt gloria danda tuo;
Omnis ad aſtra ſuos crines quæ ventilat arbos,
Muta licet grates reddit amica Deo;
Tu pomis veſcēs, Pomum reminiſcere Adami,
Et veteris luge facta dolenda Patris.
Qui diſce immenſi monitis parere Tonantis,
Leges in vetitum prætergiſſe nefas: (gas
Sed Phæbus properans neſcit cohibere quadri-
Surgit & effuſis en Capricornus aquis.
Nunc glacialis hyems vaſtas exaſperat vndas,
Paſtorumq; tegit cana pruina lares;
Horribiles terræ grando quatit horrida cāpos,
Strictaque ferratas ſuſtinet vnda rotas;
Dicitur hæc anni meritò damnoſa ſenectus,
Pauperibus promptam ſedulus affer opem:
Videris informes nudato corpore egenos,
Et Boreæ ſæuo frigore membra quati;
Eſurtem, frigidiq; leua pannoq; ciboq; ne
Sub lacero veſtis tegmine Chriſtus adeſt;
Crede tuam vidiſſe Deum ſub pauperis ore,
Quodque neg s homini, porrige iure Deo;

Fac

Fac tibi Martini ſubeant pia facta, per orbem
  Res claret, paſſim Belgica terra canit.
Vix Cœli iam miles erat, vix nomen in album
  Militiæ Chriſti retuleratq; ſuum
Frigore cum nimio moribundum vidit egenũ,
  Præſentem nec opem diſtulit ille viro,
Sola clamys nudos veſtibat corporis artus,
  Cum mihi ait ſatis eſt dimidiata chlamys;
Nec mora, diſciſſam ferro largitur egenti
  Hic reddit grates; Diuus adurget equum:
Nox erat, & fuſcis Orbem vallauerat alis,
  Cũ tacet omnis ager, cũ ſilet omnis humus,
Indutus Martine tua Moderator olympi
  Veſte nitet, dulcis cum rigat oſſa ſopor.
Chriſtus ait veſtem agnoſcis mea gloria mi'es:
  Hæc data frigenti eſt ſciſſa repente mihi;
Hæc tua me texit veſtis, quæ texit egenum;
  ERGO Chriſtus habet quicquid egenus hab(et;
Solis anhelantis iuuit vidiſſe meatus?
  Et varias anni mente notaſſe vices?
Aſtrorum nunc cerne ignes, teſtantur amorem
  In Genus humanum ſidera viſa Dei;
Sidera ſunt animæ Cœli viuuntq; videntq;,
  Atque ſui Domini teſtificantur opes:
Nil eſt fulgidius nil eſt pretioſius aſtris,
  Aſtra tuos vultus in ſua vota trahant.
Multis vana oculis vt poſſet cernere fertur
  Cœlum olim fieri diſcupijſſe Plato.
Tu tibi finge poli ſtellas tot numina Diuum,
  Diui clareſcunt ſidera vera poli;
Iuppiter & Maia genitus Mauorſq; Venuſq;,
  Sunt blandis Vatum nomina ficta iocis.
Cogat amor, pedibus pennas amor addit euntis,
  Quem ſtellæ poſſunt conciliare tibi,

Ecce

Hæc ſerenati dum ſplendet fulgur olympi
Lucida ab arctoa parte Corona nitet.
Dic tibi ſi vincam violentos fortiter hoſtes
Præcinget noſtrum clara corona caput;
Cynthia præradiat, lunam ſanctiſſima Virgo
Sub pedibus calcat, deuenerare, ſuis.
Extinguit flammas ſtygij generoſa leonis,
Lenit & vltoris cum tonat ira Dei;
Circulus eſt lactis candore notabilis, Aſtra
Qui tot habet, plātis quot decoratur humus,
Sunt animæ Diuum noſtris ſine nomine terris,
Cœleſtem patriam quæ peperere ſibi;
Funde preces humilis ſumēt tua vota preceſq;,
Et flexo referent vota peracta Deo;
Arctos adeſt nūquā Oceani caſura ſub vndas,
Spes diuina tibi fulgeat, Arctos adeſt.
Illa nitet, Cœlo puppes & dirigit, ergo
Dirigat affectus imperioſa tuos;
Aſtra lyræ Cycniq; micant, quid apertius illis
Æthereas laudes concinuiſſe valet?
Tu quoque Cycnæos imitatus gutture cantus
Carmen Ieſſæi Vatis ab ore refer:
Pro Cepheo magnū Petri cole Numē, & aſtrū
Et pro Caſſiope ſit Catharina tibi;
En Perſeus gladio fulget, ſtat paulus in enſem,
Carnifici caput hic obtulit, ille gerit.
Aſpicis Aurigam ſepteno ſidere clarum,
Hædos imbriferos impetuoſus agit.
Anguigerum mitto iuuenē; volat ecce ſagitta,
Vtitur his telis ingenioſus amor;
Vulnera cœleſtis ſunt aurea ſidera amoris,
Igne perire iuuat dum iacit ille faces;
Quò magis ille iacit, quo fortius ille perurit
Liquitur æthereo pectus ab igne magis.

Haud

Haud aliter glacies incerti ſaucia ſolis
  Lampade, in apr.co colle liquata perit.
Quattuor in ſtellis Aquilæ tibi finge Ioannem,
  Intima ſupremi cui patuere Dei;
Ille volat ſuper æthereos fœliciter Orbes,
  Quæque videt nulli ſunt patefacta virum.
Aſtra decẽ tua nec taciť ſine carmine Delphin
  Dulce decus cœli prætérijſſe velim.
Aſtro decem præcepta Dei ſanctiſſima credas,
  Quæ facili ducunt lucida ad aſtra via
Pegaſus enituit gelidas ſpectandus ad Arctos
  Æſtiuo & pedibus nititur orbe ſuis.
Indicet ille tibi rapidum ſuper aſtra volatum,
  Sidera cui ſapiunt, prouidus odit humum.
DELTOTON cole ſubmiſſus, nã fulget & ar-
  Ardor ineſt radijs, fulgor in ore micat;(det,
Hac Monados Triadoſq; nitẽt decora alta figu-
  Vnica ſic triplici flamma nitore nitet; (ra,
Trinus & vnus Amor cordis penetralia flãmet,
  Non poterunt vri nobiliore rogo.
Trux Aries cœli ſtellato vellere claret,
  Oſtentatque ſuum Taurus ab axe iubar.
Pulchra Terapnæi prælucent ſidera fratres,
  Omnigeno fiorum ſidere geminat humus;
Tot tibi Virtutes multo ſudore parentur,
  ARDVA molitur, quiſquis ad aſtra volat.
Sidera poſt Cancri, feruentia terga leonis
  Sedulus aſpicias Stelligeraſq; comas.
Sume Cleonæos animos & robora, quando
  Senſeris hoſtiles in tua damna manus.
Cerne bis octonos intactæ Virginis Ignes
  Cœli Virgineos & venerare Choros.
Scorpion ingenti curuantem brachia gyro
  Delere, nam chelas circinat ipſe ſuas;

Aſtra

Aſtra Senex fortis iactat ter quinq; ſagittas,
Sic bellum & bello parta trophæa refert.
Inclyta Victori poſt pugnam præmia dantur,
Et dignos fructus palma relata parit
Fert Capricorn⁹ aquas, effūdit Aquarius Vrnā;
Stelliferos Piſces iam ſpeculare fagax.
Iungitur Eridano Piſtrix, ſex ſidera monſtras
Tergore conſpicuo tu quoq; blande Lepus;
Emicat horriſonis nimbis infeſtus Orion,
Ne merces ponto nauita crede tuas.
Ah potius ſiccas teneant naualia puppes,
Eſt infida fides quam mare monſtrat aquis;
Enſifer Orion cùm Tauro certat, & audet
Per cœlum valida bella ciere manu.
Olim Luciferum ſacrata volumina dicunt
Auſum ſic magno bella mouere Deo
Sed cecidit forti victus Michaelis ab haſta,
Nunc ad aquas ſtygias pulſus amara gemit.
Cōſequitur Lelaps leporē, Procyonq; niteſcit;
Cum pura Argoam Virgine cerne Ratem.
Dum datur in terris vitali veſcier aura
Per mare ventoſum longa terenda via.
Eſt opus ætherea puppi, ſit nauita Chriſtus
Quo Duce, Tiphi ratis non eget arte tua;
Phillyrides non te fugiat, caput inſerit Aræ,
Victima quæ Stellis vndiq; fulta nitet; (vnū
Quam benè Vtrumq; iuuat coniunctū ſidus in
Sed quatuor ſtellis fulgurat Ara ſuis.
Aſtrum Iuſtitiæ, Cor ſtantia pectoris, æqua
Morum Temperies omnibus apta nitet.
Quartum præfulget Prudentia maxima virtus,
O dignum æterna fœdus amicitia
Hæc tibi ſint curæ rutilantia ſidera, Amori
Cor ſacro hic dandum Victima grata tuū.

Hy-

Hydra ſuos latè radiantes explicat orbes,
Oſtentat proprio Coruus ab ore faces.
Nec procul hinc Crater octona luce coruſcat,
Piſcis adeſt Notius, dũ Capricornus adeſt;
Denotat eſſe polo Piſcis ieiunia grata,
Tu quoque ieiuna, diffugit ecce Venus:
Vina caue, luxuq; dapes contemne nitentes.
Aurea liberior ſpiritus aſtra petet.
HACTENVS ęternos oculos radiantis olympi
Aſpexiſſe ſatis: multa videnda vide:
Quot fluuij piſces, quot piſces æquoris vnda
Mira que monſtra gerit, ſunt opus illa Dei;
Omnia te doceant, fruſtrã nihil edidit olim
Vnus qui proprio Numine cuncta replet;
Ante tuos ſe offert oculos terreſtris Echinus,
Lumine Concha nitet conſpicienda tuo.
Ille ſuis tutus iaculis, hæc pectore geſtat
Pondera Lucenſi clara gerenda nuru:
Torpedo doceat te non torpere veterno,
INGEnij res eſt multa mouentis amor:
Stella ſua latè captat conchilia fraude
Chriſtiadis, Dæmon ſic fera damna parat.
Aſpice prægrandi Remorã non corpore, nomẽ
Veliuolas puppes quod remoretur habet.
Piſcis hic exiguus rabiem Zephyriq; Notiq;
Et Boream aſcythico dum furit axe, domat:
Brachia nautarum contrà laſſantur & artus,
Ille hæret, nauis ſtat remorata ſalo,
Non alijs ferrur curſum Prætoria vinclis
Antonij puppis continuiſſe ſuum;
Cæſariana tuos claſſis compeſce furores,
Piſciculus palmam, quam cupis, ecce parit;
Sic premit humanus puppis retinacula faſtus
Sidereum portum quæ ſubitura volat;

33 Po-

Polypus apparet, gratam qui captet vt eſcam
Ad prædas aſtu verſicolore ruit;
Artes mille nouat, permutat mille colores,
Vt voret optatos callidus ore cibos.
Quot ſcelerata Venus ſtygios detrudit ad amnes?
Polypus eſt (credas) inſidioſa Venus.
Afflatu lacrymiſque necat Crocodilus in aruis
Niliacis miſeram dum vomit ore necem.
Non ego vos tacitos blandi Delphines omittā,
Quos decus appellem delitiaſque maris.
Vos tellus vix tacta necat, vos luditis alto,
Inq; hominū fortis vos genus vrget Amor:
Telemachus mihi teſtis adeſt, priſcuſq; Phalāt
Eſt quoq; ſeruatus gratia veſtra Taras,
NVNC animaduertas volucrū moreſq; genuſq;
Diuinam dextram teſtificantur Aues.
Sūt blādæ volucres, reddūt ſed gutture ſūmas
Quas poſſunt grates emodulante Deo.
Daulias ales agit vocum diſcrimina mille,
Et liquido triſtes temperat ore notas:
Steſicori inſedit labris præſaga futuri
Sæpius & mauult quàm tacuiſſe, mori,
Erudit ipſa alias modulatos promere cantus,
Et prior arguto gutture mira canit.
Cantat auis caput aſſyrio redimita colore;
Ars ſtupet ingentis dexteritatis opus:
Illa lyræ vario ſequitur modulamine chordas,
Et roſtro & pedibus quicquid amabis, agit.
Pſyttacus Eois ales qui fertur ab Indis,
Obloquitur blæſo plurima verba ſono;
Me natura rapit Merulæ, quæ cantat in æſtu,
Balbutit, terris dum fera ſæuit hyems;
Turturis ingenium quis non miretur? acerbos
Fletus, erepta Coniuge ſemper agit:

Et

.t valeat Chriſti veros homo perdere amores,
Stultus iacturam nec lacrymaſſe queat?
olis anis Phœnix nouies reparabilis æuo eſt,
Hunc caſia, hunc flaui lacryma thuris alit:
erdices poſcunt lauri medicamina, cunas
Fœminaque aggeſto ceſpite vallat humi.
laudato nihil eſt Pauone ſuperbius, ora
Mille gerit, pennis ſidera mille refert.
At proprijs ſi luminibus ſibi crura pedeſque
Cernat, pennarum pompa oculata cadit:
Non permanſuri hinc diſcas ludibria faſtus,
HVMAnus faſtus, puluis, imago, nihil;
Præ tereo molles habitantes flumina Cycnos?
Qui fato victi dulcius ore canunt: (git,
Cynna Arabû volucris nidû inter cynnama fi-
Panchæo tenerum gaudet odore Genus;
Vix illinc poſſint latitantem pellere tela,
Tantus amor prolis, tantus odoris amor;
Alba Columba tuam feret ad cœleſtia mentē,
Purius haud illa eſt candidiuſue nihil;
'na Paleſtinis fuit olim ſancta columba,
Natus vbi eſt terris dia Columba Deus:
ur te prætereo celebranda Ciconia roſtro
Cum ſtudium miræ te pietatis agat?
ponte tuos nutris curuos ætate parentes
Sic vitam reparas quam tribuere tibi;
.egum ſceptra tuos vultus gēmata ferebant,
Rex animos iuſtè diſceret vnde pios.
ſt tibi vis animo diros ſuperare colubros
Vidi oculis palmam te retuliſſe meis.
ſt volucris pelles induunt cui nomina canæ,
Intus ſed feruens viſcera torret amor:
ic vbi lethatam videt à ſerpentibus ipſam
Progeniem, rigidis vnguibus ora ſecat.

Que-

Queſtubus haud parcit,reſonant vlulatibus au
Illacrymaſſe cupit nec lacrymaſſe poteſt;(re
Quid faciat ? natura docet, ſibi pandit obunco
Sponte latus roſtro , diffluit vnde cruor :
Vulnus hiat; cruor emanat de pectore,certam
Quo natis vitam reſtituiſſe valet,
Alitis effigiem præſtantis ſanguine natis
Extinctis vitam mente reuolue tua;
Vide is ante oculos pédentem ſtipite Chriſtū
Sanguinis vnda fluit, ſanguine vita datur:
At volucrum létus ſobolé ne perſequar omné
Regia prædatrix agmina claudat Auis;
Hæc rapido celerat ſublimis ad aſtra volatu;
Solis & ad radios pignora parua probat ,
Quæq; ferunt oculis fixis incendia Phœbi
Educat, atque necat queis nitor ille nocet.
Cum ſenuit, fonté inquirit, merſæq; ſub vndis
Exuto ſenio pulchra Iuuenta redit;
Fōs Chriſt⁹ , Chriſti liquor eſt precioſior auro
Hoc ſenium, hoc ſordes ablue ritè tuas.
Poſt VOLVcres tacitæ ſubeāt Animalia mātī,
Hæc quoq;ſunt Superi pignora certa patris,
Mira fides canibus vigilantibus excita curis,
Vt proſint dominis, nulla pericla timent.
Vberibus canis en Cyrus(pro teſte vetuſtas)
Nutritus geſſit ſceptra ſuperba manu
Cerne ſuper rupes montanaq; ſaxa Capellas,
Dicitur vna ſuum lac tribuiſſe Ioui.
æpe videbis oues tondentes gramina , matres
Agnorum ſequitur plurima turba ſuas ;
Nil illis videas teneris manſuetius, Agnus
Eſt diuinus Amans, qui tua corda trahat.
Videris auritos ignauæ mentis aſellos,
Et ſegnes miſſos ſub iuga panda boues,

Ante

Ante tuos oculos ſtabit Preſepe Tonantis,
Hinc bos atque illinc tardus aſellus erit.
Tu pius in cunis Chriſtum reuerenter adora,
Friget homo, ſed non deſinit eſſe Deus:
Dēte timetur Aper, cibus eſt tamē aptus edēdo,
Eius ſunt hederæ certa medela malis,
Imbelles damæ pronique in cornua cerui,
Gloria ſyluarum ſunt nemorumque decus;
Sed videas ſeruaſſe feras mandata virorum
Mentis ad arbitrium quos Deus ipſe regit.
Non poſſunt nocuiſſe pijs ſæuiſſima, tantum
Freta Deo Pietas Relligionis habet:
Hæc potis eſt frænare vndas bacchantibus Euris
Diraque ventorum flamina ſæpe domat:
Rupibus è medijs liquidos hæc elicit amnes,
Et puros latices aſpera ſaxa vomunt;
Deludit tempeſtates hyemeſque tonantes,
Pro nihilo rabidi terga Leonis habet.
Quin portentoſas temnit Medeidas herbas,
Quaſque venenatas pontica terra parit;
Quid Pietas non vincit ouans? nil Tartara curat,
Huic cedunt tædæ torua Megæra tuæ:
Quid mirum ſi miteſcant auida ora ferarum?
Et ponant rabiem quæque timenda ſuam?
Eſt immane lupus, nihil eſt violentius illo,
Semper & in vultu plus feritatis habet;
Præſulis Euſtorgij iuſſu tamen ille ſuperba
Præbuit incuruo colla domanda iugo.
Cur te prætereo Cerboni? fauce patenti
Horribiles Vrſi nil nocuere tibi?
Tu aſſit magnus martyr Mammeſque Probuſque
Spumantes rictus nil quoque Techla pauet.
Seruiſſent homini ſæuiſſima ſecla animantum
Mortiferis herbis nec nocuiſſet humus,

Ni Sator humanæ ſobolis violaſſet Adamus
Deceptus Domini iuſſa verenda ſui;
Ergo feræ ſi quando nocent, homo cogitet iram
Diuinam, & læſi numina magna Dei;
Te Macari diuinus amor per iniqua locorum
Allicit atque iubet nil timuiſſe feras.
Cella tibi eſt rupes nigris circundata ſiluis,
Nec procul à cella fœta leæna parit;
Inuiſis catulos, nullus timor obſtat, & illis
Iam cæcis per te lux inopina nitet;
Mater adeſt, miratur opem lætata, tuamque
Præſtat in obſequium ſeque ſuumq; genus,
Cuncta animo voluit, non vult ingrata vocari,
Ne ferat id ſceleris, qualiacunque ferat,
Huc illuc vaga ſe confert: prædamque requirit,
Nactaque dilaniat non miſerata pecus,
Attrahit ingentes villoſo tergore pelles
Ore tibi, vt ſaltem membra peruſta tegas.
Ne timeas Macari borealia flabra nec imbres,
Suppeditat veſtes grata miniſtra tibi;
India Caucaſeam virgato corpore tigrim
Educat, ah quantum pignora rapta dolet.
Quæritat amiſſos fœtus, fremit effera, ſaltu
Longè prædonem ſubſequiturque ſuo;
Iamq; tenet, vafer ille iacit fœtum ecce Parenti,
Illa refert luſtro, raptor at inde volat,
Appoſitamq; citus nauim ſubit ante, reuerſa
Tigris adeſt, catulos & furiata fremit,
Ille mari tutus furto lætatur ouatque,
Hæc rugit, hæc vlulat, frendit vbiq; furit.
Pignora rapta gemit tigris, Rectoris olympi
Amiſſas Charites vir gemuiſſe neget?
Criminibus linquat Chriſtũ;& præcordia nullo
Ferrea quaſſentur ſollicitata metu?

fa-

O fatuas hominum mentes, ò iure vocanda
Pectora Carcheſij s aſperiora feris.
Eſt generoſus equus cum palmã ſperat & audet
Per fractas haſtas telaque ferre gradum.
Nil remoratur iter, cum calcar perſodit armos,
Sæuit, & vndantes euomit ore niues;
In furias agitur media ſpectandus arena
Taurus, quem ſtimulat plurima turba canum:
Fune genu dextrum religa, manſuetior agno
Ducetur timidus quò tibi cumque libet,
Enitet in cunctis Diuina potentia rebus
Omnia quæ voluit ferre tributa Viris;
Te doceat mites animos natura Cameli,
Quem poterit pueri ducere blanda manus,
Aſt Elephante tuam vincit Prudentia nulla
Sis licet immani corpore, mente prais;
Munitas geſtas armato milite turres
Tergore, & impauidus bella cruenta ſubis,
Dãt animos plagę, sãguis queq; robur adauget,
Vir diſce hinc, Elephas non pietate caret;
Si Dictynna nouos oſtenderit axe nitores
Vltrò ſe viuo merſerit illê vado.
At morbis ſi tentetur, caput erigit, altè
Et iacto cœlum gramine poſcit opem.
Dũ maiora premũt, claudat Pãthera cohortem
Quadrupedũ, tergo verſicolore nitens, (iactat
Nobile Stemma ſuum hanc meritò mea Patria
LVCA, meis oculis ſemper amanda magis.
Nobilis hæc radijs Tuſcas intermicat Vrbes,
Inter vt aſtrorum candida Luna faces,
Conſilio pollet, præſtat concordibus armis,
Cui ſincera fides, mens pia, pura manus.
Colla iugis ſubdant aliæ, ſtet Libera LVCA,
NATA meri potius quam dare colla Iugo;

Tu cœleſtis Amans præceptis dedite noſtris
Seruitium omnimoda Dæmonis arte fuge.
Sit vidiſſe ſatis generata Animantia, cerne
Luminibus paſſim pulchra Metalla tuis.
En plumbum ferrumq; riget; ſub pondere terræ
Tecta licet ſenſus æra repoſta trahunt.
Durius æs Cyprium, Electrum preciosius, ipſam
Cuius naturam dira venena probant,
Allicit Argenti miſerorum pectora fulgos,
Argentum tellus lege Tonantis habet.
Montibus impoſitis auri pulcherrima meſſis
Tecta fuit, votis ſed malè tecta fuit;
O'ſtultum mortale genus, quod deperit aurum,
Auro nutritur luxurioſus Amor,
Hoc propter Bellona furit, Mars concutit haſtas,
Sacraque calcatur cum pietate Fides;
Vita volat, nudoſque vehit Cocytia puppis,
Diuitias hominem quid cumulaſſe iuuat?
Noſſe tamen prodeſt diuinæ pignora dextræ,
Teſtantur Dominum ſplendida facta ſuum.
In nitidis æterna micat Sapientia gemmis,
Bellua quas gignit vel caua ſaxa creant;
Quis non miretur viridi fulgore ſmaragdum?
Hunc frangit furijs exagitata Venus:
Huic poto cedunt miſtis aconita venenis,
Hæc pugnant, palmam Victor at ille refert;
Dictus ab igne nitet flamma rutilante Pyropus,
Indomitas metuit nec tamen ignis opes.
Quæ calidæ ducunt febres incendia flaui
Chryſoliti vires edomuiſſe queant;
Ille cutem tangat, turpes ſedantur amores,
Nocturnos Adamas non finit eſſe metus,
Sapphirus ſpeciem cœli ſine nube nitentis
Præfert & recreat lumina feſſa Virûm.

Ful-

Fulmine nos reddit tutos Hyacinthina gemma,
Falſum ni veterum conicia fama refert:
Cui Pyrrhi regis non eſt auditus Achates?
Naturæ monſtrum, gloria, pompa, decus?
Vidiſſet hic Pieridas fulgore micantes
Pulſantes varijs organa docta modis.
Phœbus erat medius plectro ſpectabilis aureo,
Qui blando tangens pollice fila canit;
Sardonicum quis non nouit? quis Iaſpida neſcit?
Hæc candet, flammis fulgurat ille ſuis;
Sed frugum prius enumerem Genitricis ariſtas,
Quotque mouet fluctus vēto agitata Thetis.
Quàm cōchas claudit grauido quas vbere tellus
Et quas Eoi ſplendida ripa maris.
HACTENVS ætheręę monumēta nitētia dextrę
Noſſe ſatis; Vatem grandius vrget opus.
Nā Pater omnipotens produxerit omnia verbo
Quicquid ineſt terris, q̄cquid olympus habet;
Sed neque dum forti feriebat bucula cornu,
Obliquo nec erat dente timendus aper;
Atra necem nondum ſpirabat vipera morſu,
Aſpis erat nondum docta necare viros; (mas,
Quin quoque crediderim veniſſe ad flumina da-
Nec timuiſſe canes, nec timuiſſe lupos.
Omne fuit genus innocuum, dabat omnia tellus
Sponte ſua, haud ferri ſollicitata metu.
Erubuere roſæ, paſſim fert balſama lignum,
Aeriæ quercus dulcia mella ferunt,
Quādo Hominē faciamus ait Rex maximus ille,
Cuius ad arbitrium cuncta ſuperna pauent;
Fiat homo & noſtræ referat ſpectacula formæ,
Forma viri fuerit ſed tamen apta Deo.
Illius Imperium vaſti gens humida ponti
Formidet, volucrum pennipotenſque genus;

Hunc Dominũ agnoſcãt animantia muta,potẽti.
Seruiat huic motu quicquid in Orbe viget;
O Amor ò ingens calefacti pectoris æſtus,
Mens diuina faces vibrat vbique ſuas;
Mẽtem animũq; Dei verum qui quęris amorem,
Erige, namque Deus mentem animũq;dedit.
Cum Superis tibi noſſe dedit voluiſſeq; nota,
Cætera cum brutis qualiacumque tenes.
Munera ſi mentes validè prędantur amantum,
Munera diuinus quot tibi præbet Amans?
Quicquid inOrbe boni eſt totũ te clauſit in vno,
ORBIS es immenſi ſic nouus orbis homo.
Os ſublime tibi finxit, dedit aſtra videnda,
Vt cernas genus eſt promptius vnde tuum.
FACTVS ad Imperium deducis ſemina Cœlo,
VT patrias repetas, poſt tua fata, plagas;
Inſpice Virtutes animi, doteſque micantes
Corporis, & magnum dixeris eſſe Deum.
Præcipuũ eſt quid Agẽs Anima,eſt memorabile
Diuinæ ſemper mira creantis opus: (dextræ
Vna quidem ſed multiplici ſe munere præſtat,
Illi cum plantis nam viguiſſe datum;
Occulto creſcit, frondens ceu populus æuo,
Tollit,& vmbroſas quercus ad aſtra comas;
Quæ modo virga fuit nimbis agitata reſiſtit,
Nec timet iratos arbor opaca Notos.
Sic animæ creſcunt producto tempore vires,
Cumque ſuo latè corpore fundit opes.
Vim quoque,qua pollent animalia poſſidet illa;
Res eſt Phæbæo lumine clara magis.
Sic oculo cernit præſentia cuncta miniſtro,
Ridens læta videt, commiſeranda dolet:
Perque ſonum grauia exaudit, vim ſentit acuti,
Dulce bibit, ſenſu guſtat amara ſuo.

Perci-

Percipit olfactu beneuolentia, triſtibus illa
  Horret, & inde citos cogit abire pedes:
Tangendi Virtus cui non notiſſima? cui non
  Neruorum ramis multiplicata ſuis?
Frigida ſic tactu ſentit, feruentia, dura,
  Aſpera, ſicca, manu iudice, molle probat;
Aſt vegetet quamuis & ſenſu polleat, vna
  Omnes res Ratio eſt qua ſuperaſſe valet;
Illa creata Dei dextra, Subſtantia fertur,
  Luminibus nullis atque videnda latet.
Corporis eſt expers, Superumq; ſimillima Regi
  Enitet & mortem non timuiſſe poteſt;
Impia Democriti taceant inſomnia, priſci
  Perdanturque tui ſtulte Epicure ſales;
Neſcius interitus Deus eſt, non inſcia mortis
  Illa quoque exiſtat, quam creat ipſe Deus?
Inuenit hæc eadem vt rectè quoque iudicet, altè,
  Quæque obſcura latent expoſuiſſe poteſt;
Hinc amat atq; odit, totoq; hinc pectore & arte
  Viſa cupit, fugere hinc, vel potis illa ſequi.
Sæpe oblectatur, triſtatur ſæpe doletue,
  Fluctuat & dubijs irrequieta malis;
Illam ſperantem deſperantemque videbis,
  Non ſecus ac tumidis nauita inerrat aquis;
Libera facta fuit diuino plaſmate dextræ,
  Et Paradiſiaco plena decore fuit.
Seruitio ſi addicta foret, non dia fuiſſet,
  Sponte ſui arbitrij libera fræna regit.
Illa volens meritis repetit vel ſidera victrix,
  Lurida vel picei ſulphura Ditis adit.
Iam Superæ vidiſſe ſatis pulcherrima dextræ
  Pignora, & immenſas Regis amantis opes;
E nihilo ludens fando quas ipſe crearat,
  Plena bonis verè quæque crearat, erant;

Compages hominis finxit (mirabile dictu)
E'TERRA vt terræ ſit memor omnis homo.
Immortalem animam qua poſſit viuere Cœlo
Indidit, vt rebus iura dediſſe queat;
Omnia miranda qua nunc ratione gubernet,
Carmine perſpicuo noſtra Thalia canat.
Hinc tibi creſcit amor pubes gratiſſima Cœlo,
Sis mecum,& dias inſpice læta faces.
ORDO duplex rerũ, bona nã cõplectitur alter
Naturæ,prudens vnde PRONEA nitet.
Alter habet ſuper aſtra ſuos de fonte liquores,
Se Deus oſtentat parte ab vtraque bonum.
Hæc Homini donat,regit hęc dominator Olym-
Illa idem ſupera mittit ab arce ſua: (pi,
Ah'qui cæleſtis flammas inquiris Amoris
Mentem adhibe,& fies totus ab igne cinis.
Frigidior licet alpinis ſis cautibus, ipſa
Et niue Hyporboreo quæ cadit axe licet;
Crede mihi ſumes immenſos vndiq; amores,
NAM Deus in cunctis viuidus ardor ineſt.
Sunt qui fata velint nobis indicere leges,
Et varios caſus ſidera ferre Viris.
Dicta venenato ſunt hæc aſperſa lepore,
QVI credit fato, derogat ille Deo.
Nil aliud tibi ſit fatum, quam certa voluntas,
Menſq; Dei, aſtrorum non varianda vice,
Aſtra ſuo Domino famulantur ſpontè, vagoſq;
Conficiunt curſus obſequioſa ſuos.
Nil te detineant deliramenta magorum,
Omnes quos paſſim deſipuiſſe vides.
Stulta velint ſtulti, ſoli tu crede Tonanti,
Vnus qui ſummo Numine cuncta poteſt;
Ætheris hic vaſtos orbes conſeruat & implet,
Maximus Imperium Trinus & vnus habet.
Cum-

Cumque ſuo diuerſa tamen regit aſtra meatu,
Stella hæc exoritur, fulſit,& illa prius;
Lucibus alternis proſunt mortalibus omnes,
Sol iuuat ecce die, Cynthia nocte iuuat;
Ille vndam terramque ſuo moderamine frænat,
Terra vndæ prodeſt, irrigat vnda ſolum.
Sic non ſoluendo contraria corpora nodo
Alligat, & vires hoſtis ab hoſte petit.
Aeris immenſis campis conterminus ignis,
Impoſitos fines ſeruat vterque tamen
Frigida cum calidis pugnant, humentia ſiccis
Bella tamen cauſas fertilitatis habent;
Quid memorẽ quanta ventos ratione gubernet?
Nil ſine cœleſti numine ventus agit,
Qui modò deducũt Terris, modo nubila ducunt
Optatas habeat totus vt orbis aquas;
Flamina ſi taceant, torpeſcat terra veterno,
Diffundatque ſuam peſtis vbique luem.
Circius Arctois latè bacchatur ab oris,
Eruit hic ſilas finitimaſque domos.
Huic tamen Auguſtus votiuas dedicat aras
Neſcius haud quantum conferat ille boni.
Arida torpentes teneant naualia puppes,
Ni dentur placidis lintea plena Notis.
Exterrent homines commota tonitrua Cœlo,
Deſuper & valida fulmina miſſa manu;
Dædala nocturna pingueſcit terra pruina,
Fœcundantq; niuis vellera cana ſolum;
Quid memorẽ in varias animãtia diſſita formas,
Plantarum ſobolem multiplicemque canam?
Floriferi bona tot Veris? tot munera latè
Fertilis æſtatis dulcia dona Virũm?
Venerit Autumnus; bene olẽtibus arua laborant
Fructibus, & muſtis dolia plena tument;

Hac celeres pueri currunt caſtæque puellæ,
Lætanteſq; ferunt munera plura domum:
Hæc dedit humani vt generis lucretur amorem,
Vt ſeruetur amor, ſeruat & illa Deus.
Hæc meditãs quis nõ facibus ſoluatur Amantis?
Pectora quis telis traſfodienda neget?
Quæ cecini ſunt magna quidẽ, maiora ſuperſũt
Maior adhuc reſtat pars ſuperanda viæ:
Cœlituum quæ cuncta beas ſpirabilis aura,
Nunc opus eſt, Vatem dirige Diua tuum.
Qua gradior ducit vatum via nulla pauentem,
Incepi Duce te, te Duce cæpta ſequar.
Impulſus bonitate ſua Regnator Olympi
Conſtituit Cœlo ſponte creaſſe Virum;
Noſcat vt ille bonũ ſummũ; amplectatur amãdo
Poſſideatque volens, atque fruatur amans;
At benè cum ſciret rerum ſuprema Poteſtas
Exiguum nobis robur ineſſe viris;
Corporeaque animas ingenti mole grauari,
Atque malo pronos deteriora ſequi;
Sublimem finem contentis eſſe petendum
Viribus; ah dixit tactus amore Deus;
Vt genus humanum patrio potiatur olympo,
Ad Barathri flammas nec ſibi pandat iter,
Fundantur pietatis opes, fundantur honores
Et fluat è noſtro fonte perennis Aqua.
Si priſca hanc vetito cõtempſit fœmina fructu;
Reſtituet fructu fœmina Diua ſuo.
Vnda ſacri fontis clauſum reſerabit olympum,
Nulli defuerit gratia noſtra Virûm;
Illa datur gratis, habet hinc ſibi nobile nomen,
Ergo non meritis diſtribuenda datur;
Cur hunc non illum perfundat Gratia noſtro
Fonte cadens, homines nunc latuiſſe volo.

Cau-

Cauſa latens fuerit tamen haud iniuſta, petitis,
Quamuis plura petant, plus tribuiſſe placet.
Et niſi obex obſtet ſcelerum, fluit vndique riuos
Diues per varios exoneranda Charis.
Iuſtis præualeat victrix Clementia factis,
Hæc inter dotes emicet alta meas.
Pectoris occultum terris teſtabor Amorem,
Conſilijs; noſtris prædominetur amor
Terminus huic nullus, feruentes dirigat ignes,
Hic ſine lege meos, hic ſine fine meos.
Sic Pater. Aſt tu volue animo noctesq; dieſque,
Internis monitis quot moneare Dei.
Æthereos dilargitur tibi deſuper æſtus,
Et ſubitò curas innouat ille tuas;
Videris extincti Iuuenis miſerabile funus,
Vermibus & dices præda voranda iacet,
Videris extinctam primœuo flore Puellam,
Publica nobilium quæ modò flamma fuit,
Dixeris iſta Cinis tumulo maleolebit in arcto,
OMNES mortales puluis & vmbra ſumus,
QVI viuit Cœlo, eſt œuum victurus in omne
SOLVS vita Deus, cætera vile ſolum;
Hanc Deus inſpirat mentē, Deus omnibus idem
Omnes vult firmo tendere ad aſtra gradu.
Hinc quoque clementis diuino munere Patris
Angelus eſt Cuſtos vnicuique ſuus;
Ille Deo lacrymas, Ieiunia, vota preceſque
Offert & fructus ſedulus inde refert.
Hic noſtras flammat cęleſti numine mentes,
Fortis & obſtantes Dæmonas ille fugat.
Ah' quoties acuit ſtygius ferus arma ſatelles,
Mille parat laqueos, retia mille parat;
Hoc Duce nil obſunt laquei, fraudeſq;, dolique,
Angelus inferno victor ab hoſte redit;

Helias exemplo tibi fulget, tædia vitæ
Quem violenta tenent atque obijſſe cupit;
Mors mihi munus erit dixit, ſomnoque fruenti
Præparat æthereas Angelus ecce dapes:
Roboreq; infuſo dictis hortatur & inquit,
Sume cibum, grandis nam via reſtat adhuc;
Nunc opus eſt animis cœli fortiſſime miles;
PRÆ radiat Virtus exagitata magis.
Sidera nō tot habet Cœlum, nece plena pericla
Aliger à nobis quot procul eſſe iubet.
Si pede carpis iter, lethales amouet angues,
Hoſtiles nimbos horribileſque Notos;
Per mare? naufragium tempeſtateſque coercet;
Mergere? præſentem porrigit ille manum;
Si te carcer habet, tecum noctuque diuque
Excubat, & ſubitam præbet amicus opem.
Aſpice deuinctum ferrata compede Petrum,
Colla grauant funes, fortia vincla pedes;
Feſſa ſoporifero dederat ſua lumina ſomno,
Aliger à Superis cum vigil ecce venit,
Fortiter effractis qui rupit vincla catenis,
Deiectoque rigens Ianua poſte cadis;
Carceribus liber Petrus miratur & iram
Indomitam ludit ſæue tyranne tuam,
Securus vitæ grates agit inde Miniſtro,
Qui volucri repetit ſidera celſa pede:
Tobiæ Hiſtoriam pietate inſignis & ore
Scæna refert omnis, pulpita docta canunt;
Aliger hunc duxit per mille pericula rerum,
Monſtra necat ponti, nec timet ille mala.
Dæmonis horribiles vires debellat & arcet,
Saræ coniugium diſcupit, atque tenet,
In Perſas Raphael tendit nitidique reportat
Argenti pondus ſedulus inde graue;

Ob-

Oblinit en oculos optata luce carentes
Patris, & optatum lumina lumen habent;
Quin diuina docet ſecuræ dogmata vitæ
Cœlicolum vt poſſint ſic placuiſſe Patri.
Tu Diuû venerare tuum Comitemq; Ducêque;
Ille tibi noctes aſſidet, ille dies?
Mœret ſi peccas? incumbis fortis olympo?
Gaudet, & ardenti pectore ſubdit opem:
Aſt vbi ſupremæ tempus tibi ſulſerit horæ,
Hoſtis tartareus cum fera tela rotat;
Cum furit immanis vis inſenſiſſima morbi,
Et ſcelerum mentem pondera multa grauãt,
Incutiturque timor, furiarum lampades ardent,
Oraque terribilis flammea Ditis hiant;
Extremumq; hoſtes tentant, ſperatur vtrinque,
Vel beat æternùm, vel necat hora reum:
In tanto tibi quid rerum molimine fiet?
Victricem miſero quis tibi præſtet opem?
En defecturos quatit æger anhelitus artus,
Et iam præſenti lumina morte natant:
Actor adeſt Dæmon tortor ſæuiſſimus, idemq;
Argus vbique furens, Argus vbiq; vigil,
Qui clamat meus es, nec noſtros fugeris vncos,
Tu mihi vixiſti, tu moriere mihi;
Tum ſenſus animat, tum fortia tela miniſtrat
Aliger & fidum te iubet eſſe Deo;
Te munit ſpe certantem, firmatque pauentem,
Vrgenteſque hoſtes territat atque fugat.
Victor iò petis aſtra alacer fruiturus olympo,
Plaudit & aligero Terra beata ſuo.
Pars Curſus ſuperata mei, pars reſtat aranda,
Siſte tuum paruo tempore Muſa gradum.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE ARTE AMANDI DEVM

LIBER SECVNDVS.

HActenus ætherei moui fomenta caloris
Et cauſas dixi, queis reuireſcit Amor.
Lætus amans diuinus amans calefactus eodem,
Præponat Teio carmina noſtra ſeni;
Callimachum ſpernat veterem ſamiūq; Philetam,
Gentilique mea Fronde coronet opus.
Peligno placuit ſtygios ceciniſſe triumphos,
Cœleſtis Patriæ ſacra trophæa cano.
Ille verecundi deleuit Iura pudoris,
Hic pudor æthereus ducit ad aſtra viros:
Mente reuoluiſti, Iuuenis, decora alta Tonantis,
Aligerumq; pios pectora pura Choros;
Ni ſatis hoc, tibi prouidit qui conſuluit Orbi,
Per ſacros paſsim voce tonante Patres,
Dum Chriſtus fundit cœleſti pectore verba
Promit & è ſuperis mella liquata fauis.
Magdala ſidereis ſubitò confoſſa ſagittis
Vritur, huc illuc atque agitata furit;
Dilaniat veſtes, arabos faſtidit odores
Omnia næniolas quiſquiliaſque putat:
Non ſpirant labra ambroſiā, non lumina mortem
Eſt neglecta ſibi, conſpicienda Deo;
Fit Cœleſtis amans, Superùm torretur amore,
Vulnus alit venis flammea tota ſuis:
Terrea quot Pauli eloquium præcordia mouit?
Quot tua Petre animos lingua diſerta Virum?
PRISCA inter ſiccas fauces lanianda ferarum,
Innumeros populos in ſua vota trahit;

Eſt

Eſt Deus in verbis, labuntur cælitus ignes,
Et ſcelerum ſordes viuida flamma cremat.
At ſi fortè tibi linguarum fulmina deſint,
In prõptu eſt, validã quod tibi præſtet opem;
Altiloquos Auguſtini meditare libellos,
Vel tibi Bernardi dulcia mella bibe.
Hos cœleſtis amor feruenti torruit igne,
Hinc auidus flammis pabula quære tuis.
Anſelmi cælo gratas ne deſere chartas:
Charta ſacri occultas monſtrat Amoris opes.
Ignibus adde ignes, langueſcere debet amantis
Spiritus, æthereis ſedibus ille venit.
Cerne minas voluẽtẽ animo rabiemq́; vomẽtem
Saulum, præcipitem quem ferus ardor agit.
Perſequitur Chriſti populũ, nil linquit inauſum,
Dum furit, en fulget lux inopina polo.
Eſt Deus in flammis, victus procumbit humi Vir,
Bellatoris equi vis animoſa iacet;
In lapſu fælix, Cælo nam ſurgit, & Argus
Sidereus factus, qui modo Talpa fuit.
Meſſem auri pertractantẽ, loculiſque vacantem
Aſpice Matthæum: nil remorator iter,
Voce Dei audita: congeſtum proijcit aurum,
Vt leuior celeri tendat ad aſtra gradu;
Clauſa tui ah quoties intra penetralia cordis
Vox ſonat, ad Superos quæ iubet ire viam;
Surdior es ſcopulo ad voces, quẽ verberat vnda
Es Thamira ad lucem, quam iacit axe Deus.
Tolle oculos mẽtemq́; adhibe, maiora ſuperſunt,
Oceanum findet parua carina mare;
Inſeruit mea muſa Deo, Deus annuit auſis,
Labitur en cœlo tactus amore Deus
Mẽs humana poteſt ani o quid voluere maius?
Hoc vinclo æthereus ſe tibi tradit Amans;

Fa-

Factus homo Deus eſt, humanos induis artus,
Nec tamen immenſus deſinit eſſe Deus;
Lux de luce nitens, nitido de lumine lumen,
Cuncta regens ſũmo numine, cũcta replens;
Lucifer accendat, claudat vel lumina Veſper,
Naſcentem auxilijs hunc meditate tuis.
Naſcitur ille tibi, tibi mox moriturus & idem,
Hoſtis eras, hoſti ſœdera portat Amans;
Volue animo primi ſcelus exitiale parentis,
Hoc ipſum Supera traxit ab arce Deum.
Clauſerat hoc Cœlũ, totum patefecerat Orcũ,
Nulla eſt lethalem quæ luat vnda luem;
APTANtur prædæ ſtygij decora alta Tyranni,
Ad ſuperos homini ſemita nulla patet
Nũ Deus ecce Deus, peperit quẽ Virgo Parẽſq;
Plaudit iò Cœlum, Tartara cæca gemunt.
Aſpice frigentẽ in ſtabulo lacrymaſq; cientem,
Vix natus plorat plurima damna Virûm.
Quique ſua dextra flammantia tela rotabat
Vndique deuinctum faſcia vilis habet;
Spectatum Reges veniunt Orientis ab oris
Atque ferunt Trino munera trina Deo.
Cernuus Infanti quoque tu cor porrige munus,
Blandulus accipiet cor ſine ſorde tuum;
Finge tibi è cælo pennatos vndique cœtus
Hic plectrum tangit, pulſat & ille chelim;
Omnia plena Dei cernent lumine, claro
Fulgurat ecce tibi Sidus ab axe nouum;
Ridet Amor, iaculatur Amor ſua tela, Tonante
Deq; triumphato mille trophæa refert;
Spargit & octaua ſtillantem luce cruorem
Mox dabit in ſæua larga fluenta Cruce.
Fertur in Ægyptum cara cum Virgine Matre
Fit exul, ſacro pignore Virgo pauet;

Hic fugit Herodis rabiem, tu dæmonis aſtus,
Eſt Herode ſagax dæmon vdique magis:
Grandior exequitur ſeniorum iuſſa Parentum,
Quos nutrit menſa paupere victus inops;
Contentus paruo teneris aſſueſcit ab annis
Viuere, vt ediſcas deteriora pati.
Vir factus latuiſſe odit, notuſque Ioanni
Iordanis ſacro mergitur amne Deus,
Vim tribuit ſic cæleſtem fluuialibus vndis,
Sidereas poſſunt quæ reſerare fores.
Tolle caput mortale Genus, ſpes certa ſalutis
Enitet effuſus mox erit vnda cruor.
In vinum lymphas mutat, turbaſque flagello
Eijciens templo, verberat atque fugat,
Aſſidet ad puteum tractu Sammaritide laſſus
Dum Sol ardentes vibrat ab axe faces.
Expoſcit [illegible]um, ſolus qui nectar olympi eſt,
Et potum, Chriſto fœmina vafra negat,
Illa tamen fando cæleſtes ebibit vndas,
Quæque fuit turpis fœmina, Diua micat;
In loca ſola fugit, turbæ ſectantur euntem,
Paſcit vbi exigua millia multa dape;
Poſt quã exẽpta fames epulis, maiora ſuperſunt,
In Regem quærunt, ſed fugit ille, ſuum.
Tu Chriſtum ſectare, comes cæleſtis, amanſq;
Quicquid agit ſolers, vt tibi profit agit:
Mox in adulterio deprenſam liberat, audi,
Atque infige animo mellea verba tuo;
Vade inquit, fuge peccatum, noli amplius vltrò
Lethiferis mentem contemerare notis;
Quis non miretur Cæcum aſpexiſſe nitentis
Solis quem nunquam viderat antẽ, iubar?
Dat vidiſſe lutum, quod viſum pellit & arcet;
Quid mirũ? agnoſcunt iuſſa elemẽta Deum;

Cer-

Cerne tuũ flentem Chriſtum, magnaq;cientem
Voce foras tumulo Lazare amice veni.
Protinus ecce venit ſuperas rediuiuus ad auras,
Nonne dat extinctis viuere vita Deus?
Iſacidum ò mentes nigra caligine fœtas
In Chriſtum hinc vibrant tela cruenta necis:
Vt redimat Genus humanum, ſe deſtinat aræ
Candidior cycno candidiorque niue.
Vndiq;deſeritur, ſocios timor auocat omnes,
Attamen ad nummos proditor ecce volat.
O mea mens aurum Iſcario largire, Tonantem
Et mercare tuum, ſtat redimendus Amans;
Offer me ſontem Iuda, & parcatur Ieſu,
Eſt Deus, atque tuum vendis inique Deum?
Sanguinis vndantes riuos diffundit in Horto
Vt male fœdatum purget Adame tuum.
Vita Deus Superùm, nece dignus habetur vbiq;
Perque vias rapitur victima, per[illegible]domos;
Truditur en tandem latia in Prætoria, multo
Mollis vbi ſontum ſanguine feruet humus;
Romulides cuſtos legum inuidiamq; furoremq;
Iſacidum, & rabie percita corda videt,
Hinc æqua Iuſti perpendit lance rigorem,
Eſſe Patronum præſtat vbique reo;
Quid non ira queat fremebundæ noxia plebis?
Iure tonans miſcet faſque nefaſque pari,
Nec mora ſãguineo Chriſtum admouere Cylin
Lora rotant, crebris ictibus aula gemit; (dro,
Certatim furor inſanit, vis barbara ſæuit,
EST modus, in rabie non tenuiſſe modum;
Vndique labuntur per candida membra cruoris
Flumina, & eſt totus niſi plaga Deus;
PLAga tuus Deus eſt totus, te lauet vt ægrum,
PRO plagis, plagas accipit ille, tuis;

Cer-

Cerne cruentati laniatum corpus Amantis,
Irriguum crebro vulnere cerne caput.
Spinea ſerta vides, figant tua corda, cruentas
SPINAS nil metuas eliciture roſas:
Ah dolor ecce patent detectæ vulnere coſtæ,
Pelle natant venæ, fibra nec vlla latet; (orq;
Nō iā Chriſtus homo, eſt hominis vix vmbra, pri-
Vt Vir noſcatur, Ecce homo, Prætor ait,
Nec ceſſit rabies donec decreta Deo mors,
SPONTE Deus moritur, ne moriatur Homo.
Quoq; magis mirum, Caluarij culmine in ipſum
Diuus Amor ſtricto fulminat enſe ferox:
Ipſe acuens clauos terebrat palmaſq; pedeſque,
Deque Deo victo iurè triumphat Amor;
Cuſpide pectus hiat? vulnus teſtatur Amorem,
Eſt ſanguis totus? pignus amoris habes.
Liueſcit, ſcelerum ſanat tua vulnera liuor;
Pone modum noxis, facta medela tibi eſt.
Ergo tui meditare Dei tormenta, crucemque,
NON potes in cura nobiliore mori;
Exclamat Sitio totus iam flammeus vndas
Ex oculis ſalſas porrige, dulcè bibet;
Deficit in medio claræ Dux lucis olympo,
In medio terræ Sol Deus ecce cadit;
Omnia ſunt tenebræ, Domino natura parentat
Legibus abruptis en tremefacta ſuo.
Marmora finduntur, tellus funeſta laborat,
Luna fugit, liuent ſidera, cuncta ruunt:
Exululant vmbræ per compita crebra viaſque,
Flumina ſe tollunt, verberat aſtra mare;
Hos inter luctus portentoſoſque dolores
Nōn fluet ex oculis feruida gutta meis?
Non mea diuinis ægreſcent pectora curis?
Stabit & in medio frigida corde ſilex?

Hûc

Hùc Ales diuine tuos conuerte furores,
Hùc ferrum, hùc rapidas verte animoſe faces.
Ignibus adde ignes, telis ſuperingere tela
Spicula cor lanient, cor mihi flamma cremet;
Vnica vita virûm moritur trabe fixus in alta?
VNVS pro cunctis occidit ipſe Deus?
Clauditur en tumulo; crebrò meditare ſepultum
Quiſquis amas Chriſtum, nam iacet ille tibi;
Funde roſas lapidi, charites tibi fundet Ieſus,
Hìc langue, hìc luge, nam tuus ignis obit;
Hìc iuuet aſſiduè mæſtas iterare querelas,
Seu niteat Phœbus, Cynthia ſiue micet;
Sit tua dux flendo Chriſtũ quę Magdala quærit,
Et lacrymis fuſis quod cupit ecce videt;
Fudit Amãs nec ferre poteſt lacrymãtis ocellos,
Vult cerni non vult tangi ab Amante Deus;
Poſt teneras lacrymas poſt ſingultantia verba
Gaudia ſume, Deus nam rediuiuus adeſt.
Victor adeſt mortis, Reduci gratare, ſuperbi
Effracto barathri carcere victor adeſt.
Vicit iò, ſecum ducit læta agmina Patrum,
Vicit iò, nobis regna beata patent;
QVOD Chriſtus ſoluit, ꝑtie mercabile nullo eſt
Pondus & immenſum gutta cruoris habet;
Tendat in exitium terræ ſi maxima moles.
Illam conſeruet robore gutta ſuo;
Munus Amantis amãs agnoſce, es factus amãda
ARA Dei, fueras qui modo Ditis hara;
Nec mora, de Nato Mariæ gratare parenti,
Gaudia percipiat voce relata tua;
Vulnera mille ſuo paſſa eſt cum Pignore, lentè
Nunc eadem tecum gaudia mille trahet;
Te ſuſpirantem vidit, te multa gementem,
Nunc te lætantem ſenſerit illa ſuum;

Au-

Aura fauet,tempuſque tuis nitet vtile votis
Dum Virgo læta eſt, munera plura pete:
Funde preces audax, nec deſine velle rogare,
Illa dabit larga fertiliora manu:
Poſcito candores animi,mentemque fugantem
Orci funereas crimina fœda notas;
Virgineos Virgo dederit ſenſuſque animoſque,
Illa magis niuibus, candida lacte magis,
Poſce alacris cœlũ, haud cœlũ Regina negabit,
Omnia per Natum commiſerata poteſt.
At Chriſtus Superas factus rediuiuus ad auras
Diſcipulos varia roborat arte ſuos,
Omnibus oſtendit modo ſe, modo detegit vni
Se Petro & ventris imperat,atque tacent;
Vulnera denudat Thomæ palmaſque pedeſque,
Quodque cruentarat lancea dira, latus;
Corporeum vt ſe teſtetur mox pabula quærit,
Mellitique capit munera grata faui;
Euolat ad Superas ſpolijs indutus opimis
Arces,& ſecum parta trophæa trahit,
Egregias Patrum turbas decora alta Triumphi
Deuictam mortem Tartareoſque Duces,
Cælicolûm plaudunt choreas acieſq; Choriq;
Ad cytharas nulla eſt deſidioſa manus;
Plectra ſonant reducis præconia mille Tonãtis,
Vndique mille ſonant nablia, mille lyræ;
Obuius extenſis Natum Pater excipit vlnis,
Illius & dictis inclyta facta probat;
Nate meæ vires, mihi compar Nate poteſtas,
Et luci compar maxime Nate meæ,
Victor ades victis centenis Nate periclis,
Mortis & eluſo robore, victor ades;
Squallida victa tibi ſubmittunt Tartara faſces.
Exuuiæque nitent agmina clara Patrum,

Plan-

Plaudit iò Genus humanũ,quod victor olympo
  Aſſeris, & Superùm curia plaudit iò.
Magno palma ſtetit proprio tibi parta cruore,
  Sic veteris mors eſt morte piata Patris.
Æthereos homini placuit recludere poſtes,
  Facta tibi cerno vulnera, cerno latus.
Mille Virũ excipiant ſedes mox agmina noſtræ,
  Sanguine iactura eſt nam reparata tuo.
Gens pretio pluſquam iuſto eſt humana redēpta,
  Gutta ſatis fuerat ſanguinis, vnda data eſt;
Innumeris aris tantum teſtentur Amorem
  Gentes & gratæ munera grata ferant.
Ærea mille tibi forment ſpirantia ſigna,
  Mille tibi è Pario marmore templa ſacrent.
Sidereos petijt Chriſtus ſua,regna penates,
  Humanæ Sobolis ſed memor antè fuit.
Vt tibi prætercam lymphas monumenta ſalutis,
  Queis ſine Cælicolum Ianua clauſa riget;
Et ſacros Hymenæe tuos rituſque faceſque,
  Sanctaque diuitias ò Metanœa tuas;
Nonne tibi ſeſe totum donauit amanti (mans;
  Chriſtus Amans? Deus eſt pignus Amãtis A-
Ille meum hoc eſt Corpus ait ſub cyclade veſca,
  En ſub cœleſti cyclade Numen, ineſt;
Intus, ineſt ſummũ Numen, Deus inſidet intus
  Eſca Deus, magnos & facit Eſca Deos:
Velatur frugis ſub Imagine Rector olympi,
  Crede Deo, præſens fit cibus ipſe Deus;
Ille pauor Superum qui concutit omnia nutu,
  Viuida Cœlituum ſub Dape flamma latet.
Quoq; magis tegitur, magis eijcit inde fauillas,
  Cernis vt exiguo vibrat ab Orbe faces;
Has epulas labris inhiantibus ingere, quamuis
  Sis glacies totus, protinus ignis eris:

Hic

Hic tibi ſit clypeus cum Ditis tela rotantur,
Cum iacit arma Orbis, præbeat vnus opem:
Fit præſto tibi caſtus Amãs cum turpia ſuadens
Mouerit illecebras inſidioſa Venus:
Hos bibe ſidereos latices, hoc Nectar olympi,
Et tibi vileſcat quicquid ab Orbe fluit;
O Iuuenis noſtri erudiunt quem carminis artes
Hauſtus æthereos nocte dieque ſiti,
Hic bibe, quoq; magis creſcent æſtuſq; calorq;
Crebrius ardores ſubleuet vnda tuos:
Ebrius hic temnas fallo quæ ſplendida fuco
Gloria præbuerit pocula plena malis
Sirenum voces nec noxia carmina cures,
Quæ valeant animos illaqueaſſe leues;
Iurè tibi ſapiens Pactoli ſpreueris aurum,
Spreueris & priſci dona ſuperba Tagi;
Contendat fortuna ſuas ſæuiſſima vires
Inq; tuum moueat tela proterua caput;
Chriſtus adeſt portus, fruſtrà ciet illa procellas,
Nil tibi tela nocent, nil tibi nimbus obeſt.
Sunt adamantis opes quas dilargitur Ieſus
SVB tanto potis eſt nemo perire Duce.
Martyres his facibus fortiſſima pectora aduſti
Nil timuere enſes nil timuere rogos;
Stricta Tyrannorum quærebant tela cruceſque,
Spernebant rabiem Maximiane tuam,
Obtruncabantur, creſcebat copia maior,
Maior & à fuſo ſanguine meſſis erat.
Hoc alacres tecti clypeo tormenta ſubibant
NEC vinci poterant, auxiliante Deo
Carnifices delaſſantur dextræque rotæque,
Vrſorum rictus; horribileſq; feræ
Quid moror in claris ? paſſim pia tẽpla ferentur,
Omnia græca probant ſcripta, latina probãt,

Nec

Æquora quot ſiccis tranſiſſe aut flumina plantis
Fama viros celebrat? fœmineoſque choros?
Vt ſumpta dape cæleſti fruerentur Olympo,
Nonne hoc eſt terris viuere poſſe polo?
Ergo tot exemplis monitus, ne ſumere parce
Nectar Cœlicolum ſidereaſque dapes;
Maius enim Diuûm menſis accumbere, magnò
Quàm crebras Coelo fundere voce preces;
Nec tantùm diuinus Amans ſe dedidit vltrò,
Sed quod Diſcipulis dixerat ante ſuis:
En Numen mittit Superis Vnumque Triplexq;,
Quod ſolatoris Nomen, & Omen habet.
Depluit ecce Deus flammantibus vndiq; linguis,
Eſt Deus ignis edax vt tua corda cremet;
Biſſeni Proceres ſacra cum Virgine magnum
Excipiunt Numen flammiferumque Deum:
Flāma micat, ſubitoſq; tremit dom⁹ icta fragore,
Hos inter motus cælitus ignis adeſt.
SPIRITVS accipitur vario modulamine, cētum
Ora ſonant, centum vocibus æthra canit,
Turba afflata Deo monſtrant ignota docentq;,
Miranturq; nouum barbara corda melos;
Diues Arabs haurit Creteſq; Phrygeſq;, repoſtos
Quique colunt fluctus Nile ſuperbe tuos,
Quoſq; Eurus, Zephyruſq; afflāt, quoſq; Auſter a-
Et quorū Boreæ flamine mēbra rigēt; (quoſus
Hanc auram venerare pius Numenq; Deumq;
Es fœlix, votis ſi fauet aura tuis;
Illa tuos nitido clarabit lumine ſenſus,
Vt poſſis pleno pectore mira loqui;
Conſiliumque dabit preſſo caligine rerum?
Et mentem ingenuis artibus erudiet;
Rebus in aduerſis animos ſi quæris & auſus,
Conſtanter vires roboret illa tuas:

Tota amor eſt veræ donat Pietatis amorem,
Diuinaſque iras extimuiſſe docet.
Plura quid? hic fuerit tibi Spiritus omnia, Cæli
Eſca, liquor, flamma, mens, medicina, Deus.
Hùc peruenit Amor, tantum dilexit amantem;
Nil poterat maius, ſe tibi donat amans;
Donat Amans tibi ſe, nec tanto liqueris igne?
Fortius eſt forti Cor adamante tuum,
Cor ſine corde tibi, indigna eſt tibi viuere vita,
Auctorem vitæ ni colis ipſe Deum,
HACTENVS vnde legas ſacri fomenta caloris
Præceptis cecinit noſtra Thalia ſuis;
Quæ propria fabricata manu tibi Rector olympi
Offert munificus iure fruenda tuo:
Quæque tibi paſſus per tot diſcrimina rerum,
Sanguineque effuſo parta Trophæa tulit:
PRIMA operis perfecta mei, pars altera reſtat,
Eſt opus ad metam fortis anhelet equus;
Nũc tibi Diuus Amor qua ſit capiẽdus ab arte,
Teq;tibi poſſis quoque parare modo,
Dicere fert animus, vitæ dum ſtamina Clotho
Nectit, & approperat cana ſenecta pedem;
Hùc dociles veſtras Iuuenes aduertite mentes,
Me terat in gremio Vir Mulierque ſuo.
Nam diuinus Amor cunctis patet obuia præda,
Omnibus eſt ergo Muſa adamanda mea;
Me cantet ſenior mox poſſeſſurus olympum,
Conatuſque meos tollat ad aſtra puer;
O'ego tum multa vigilatos nocte labores
Pelignis fatear præualuiſſe modis;
Et me victurum, qua nil mihi carius, inter
Fors celebres Vates Libera LVCA canat;
Quò properas mea Muſa vagos ventoſa meatus
Contrahe, & ad partes ambitioſa redi.

Ergo

Ergo tuæ hæc mentis vigeat fiducia prima
Quiſquis ades,dius cui ſit amandus Amor,
Ritè Deum tibi poſſe capi, dignoq; labore
In caſſes prædam poſſe venire tuos;
Vrget & impellit remorantes impete dulci,
Immò omnes crebris vocibus ille trahit;
Vere prius mutas volucres mirabere,vaſtum
Et ſine multiſonis fluctibus eſſe mare,
Quàm Deus ad cordis non ſit penetralia,miris
Exagitetq; tuam mentem,animumq;modis,
Ille tibi leges diuini dictat Amoris,
Nulli Chriſtiadum quas violaſſe licet;
Dilige mente tuum tota Dominumque tuumq;
Tota anima & toto dilige corde Deum;
Totum cæleſtis te quærit rector olympi
Et ſine riuali poſcit amantis opes;
Non amat ille, modũ ſibi qui præſcribit amandi,
SERVET Amãs Chriſti nullũ in amore modũ;
Qui veniunt ad caſtra noui, dicuntur amare,
Æthereo, quiſquis proficit igne, calet;
At magno qui mercari decreuit Olympum
Perfectus, nimio languet amore Dei; (ris
Quid ſit Amor noſtro canitur qui carmine quæ
Reſpondent veterum dicta probata Patrum;
Eſt Vir.us infuſa Deo; ſine robore noſtro
Quam mouet, & dextra diuite donat amans:
Illam nemo ſuis proprijs acquirere factis,
Actibus & proprijs gignere nemo poteſt;
Sed vires contende volens & pectore toto
Infuſa, votis fauerit illa tuis;
Nil eſt dexterius nil eſt velocius, vltrò
En tibi fundendos præuenit illa ſonos;
Ergo animum diſpone tuum vireſque, timẽtem
Non te cura premat, difficiliſque labor;

Nā labor eſt facilis, modo ſit mēs integra, recte
Atque velis vitæ conſuluiſſe tuæ;
Quæ ſunt pura locū poſcunt Cæleſtia purum,
INDICA non debet gemina iacere luto.
Non iubeo te fluctiuagū proſcindere marmor,
Aſperat Oceanum dum glacialis hyems;
Carpere iter nec quà nimbos mouet Auſter a
Nec ſub Hiperborea te latitare plaga;(quos
Nō membris ſaturaſſe tuis rabida era ferarum,
Nec te ſpontè velim tigribus eſſe cibum;
Hæc iubeant quos lacte ſuo pauere leænæ,
Quos vel alit poto barbarus hoſtis equo;
Suaue iugū Chriſti, hìc leges dicuntur Amoris,
QVICquid Amor nutrit nil feritatis habet;
Quid leuius, quid dulce magis, quā crimine ab
Puriter intactum pectus habere tuum? (omni
CASTA placent Superis, dio caſtiſſima Amanti
Ergo tuam ſemper mentem animumq; laua;
Commiſſorum obicē remoue, ſordeſq; repelle,
Ex templò Titani ingredietur ouans.
Phœbæis illuſtratur fulgoribus Orbis,
Attamen excludit clauſa feneſtra Iubar;
Sic ſcelus æterni Solis fluxuſque faceſque,
Amouet, vnde repens nox tenebroſa ruit;
Illa anima infelix, ò terque quaterq; gemenda,
Cui non cæleſtis lampas amica nitet.
Tu tibi diuini qui quæris lumen Amoris
Mortiferas ſordes pectore pelle vigil.
Purus Amans puri poſcit penetralia cordis,
ESTq; Dei ſedes cor ſine ſorde bonum;
Omnia deuita quæ ſæua Superbia ſuadet;
Quod facies mortis ſi memor eſſe velis;
Cur te mortalem pellis Cocytia vexet,
Cum fore te cinerem noueris ipſe breui?

Turpis Auaritiæ vetitum quoque deſpice lucrũ,
NVDVS auernales ibis auarus aquas;
Oderis Illecebras Veneris cane peius & angue,
Hoſtis adeſt, pugna, & victor ab hoſte redi,
Irarum compeſce vndas, compeſce furorem;
Ira furor breuis eſt, tu rege fræna tui;
Nec te decipiant auidi diſpendia ventris,
Blanda gulæ rabies nectit vbique dolos;
Inuidus alterius vexatur diuite cenſu
Atque armat proprias in ſua damna manus;
Nec te ſegnities capiat lethalis, at vrge,
Et res laudandas perfice, tutus eris;
Aſpice Baptiſtam linquentem patria tecta,
Matris & amplexus, blanditiaſque Patris,
Paſcitur agreſti menſa, victuque ferino
Ne queat informi ſe maculare lue?
Magdala ſe credit ventis, ſe credit & vndis,
Vt gemat in fluis crimina priſca diù;
I' fælix te ducit Amans, te luſtra ferarum
Maſſiliæ expectant, ne remorare fugam:
Illic laſciuæ penſes tua damna Iuuentæ,
Subleuet herba famem, ſubleuet vnda ſitim,
Mentior, ipſe Deus tibi ſe præbebit Amanti,
Subleuet ille famem, ſubleuet ille ſitim.
Ergo meis qui carminibus petis aſtra, fre quenter
Præteritæ vitæ turpia facta geme:
At poſtquam benè purgaris penetralia mentis
CAVSAM peccati cautus vbique fuge;
MOX eſt lædendus qui non contagia vitat,
OCCVMbit morbi tranſitione pecus;
Sanus es: occurſum fugias ſceleriſque locique,
Et ſi te læſis fœmina, pelle procul;
Non vidiſſe ſalus fuerit mihi crede monenti,
Incepto perſtas? ignis in igne peris;

Fomes adeſt quoq; flāma ſubeſt, cinis eſſe videtur,
NEC ſublata puta quæ latuere mala;
Æthnæos neglecta parit ſcintilla vapores,
Semina viciſti? palma relata tibi eſt;
Quæris cur ſubitò Dauid ſit factus adulter,
Præſentem ex oculis ebibit ille facem;
Hinc Ioſeph ſine veſte fugit, ſine veſte Ioannes,
Ancillas inter ſtat Petrus, atque negat;
Noſſe negat Chriſtum, ter perfida lingua fefellit;
Cauſa patet, ſceleris non fugit ille locum;
Prouidus ergo animi ſenſus curaſque coerce,
Eloquijque tui turpia dicta fuge;
Sæpe procax dictum ſcelerū viget alta propago,
PECToris & maculant verba iocoſa niues:
Exuuijs cygni ſic aſpiciendus, Amantem
Æternum toto pectore amare velis;
Sordibus ablutum iam iam te quærit Ieſus,
Adſtat amās promptus, ſed redamare iubet;
Mutua ſit flamma atq; ardor ſit mutuus, arctam
Firmet amicitiam mutua tæda ſacram;
Nulla tuum cura amplexo cor vellat Amante,
Nulla trahat mentem ſpes ab Amante tuam.
Dux erit ille tibi, ſeu conuectare quadrigis,
Seu portaris equo, ſeu pede carpis iter;
Hæreat ante oculos Chriſti redamantis imago,
Si datur inſomni nox vigilanda tibi;
Feſſa peroptato reficis tua membra ſopore?
Dulcia complexus lumina claudat Amans;
Gratia prætereà caro cœleſtis Amanti
Te ſtimulet ſegnem viuere ritè tuo;
VIVIT Amans in Amante ſuo, quid dulcius? ipſa
Pendet ab vnius ſtamine vita duplex;
Iunctus vterq; animum ſpirat, coniunctus vterq;
Eſt felix, vnum viuere vtriq; datur;

Teſtis amans Paulus, Chriſto qui iunctus,amãti
Eſt factus totus flamma ciniſque ſuo;
Viuo ego,nõ ſed ego,iam viuo,clamat,at in me
Solus agit vitam,qui mihi vita,Deus.
Hæc memori tibi dicta animo cœleſtia volue,
Hæc repete ardenter crebriùs ore tuo.
Vatis Ieſſæi quis neſcit gaudia? noſtros
Gaudia quæ ſenſus ſola beare queunt,
Quando ait ad Superùm cæleſtes ibimus arces
Detur vbi æternùm viuere poſſe Deo;
Nec ſatis id; ſed quiſquis amat largitur amato
Commoda fortunæ qualiacumque ſuæ;
OMNIA Amicorum communia Græcia cantat,
Et repetit crebro vir que puer que ſono.
Se tibi communem fecit qui cuncta gubernat,
Et dedit ingentes nil remoratus,opes.
Tu quid habes cõtrà quod poſſis tradere Amãti?
Nil eſt, quod proprium non ſit Amãtis opus;
Gemmis ditaris? gemmis eſt diues olympus,
Diuitias offers? non eget ille tuis;
Deſpondes valido totam cum robore vitam?
Spondenti præſtat viuere poſſe tibi;
Te famulũ præbes? Superi famulantur & aſtra,
Laudas?extollit laudibus æthra ſuis;
Vis donare tuum quod ſit? tua ſola Voluntas
Vna bonum fuerit quod queat eſſe tuum;
Libera facta Deo nulliſq; obnoxia vinclis
Te barathri pœnis, vel dabit illa polo.
Hac potis æthereo vir reſponſare Tonanti,
Hac potis eſt Diti poſt habuiſſe Deum;
Hæc genus humanũ è Cælo quod ſemina ducit
Ducit ad infernos imperioſa lacus;
Ille Orci monſtrum clamat Galilæe triumphas,
Dum moritur ſtygio victima facta Duci;

Tu contrà beneſreta Deo iungendaque præda,
  Sponte voluntatem, quam petit ille, ſacra,
VIVE Deo,tecumque Deus verſetur vbique,
  In te ſic poterit viuere dius Amor;
O'te felicem fortunatumque vocandum,
  Terris,ſi fas eſt dicere, Dius eris,
Diuus eris ſedes diuini factus, Amoris,
  Nil eſt quod poſſis diſcupiiſſe magis;
Nunc portũ vt tangas,memori tibi mēte recōde
  Et mandata Dei fortis vbiq; cole.
QVISQVIS amat non offendit,nec lædit amatũ
  Quodq; iubet promptus,nec trepidāter agit;.
Nonne vides(ſcelus indignũ & lacrymabile)ſæ-
  Confugit ad laquei turpis amator opem; (pe
Admouet ille ſibi ferrum de pellice læſus,
  Et ferrum pellex induit ipſa ſibi;
Per ſtrictos alius gladios flammaſque triũphat,
  Flammæ ſeu gladij nil remorantur iter;
Vitam contemnet, leges contemnet honoris,
  Dulcius vt laxet libera fræna malis;
Ne morer exemplis, violenta Tragedia mille
  Grandiloquo pandit talia facta pede;
Sed tibi Cælituum poſſis vt iungere Amorem
  Nulla pericla necis ſunt adeunda tibi;
Digna Deo mandata iubet Deus ipſe, ſceleſta
  Digna acheronteo dæmone iuſſa procul.
Omnia quod nutu regit Vnum Numen adora,
  Vnum quod Trino Numine cuncta replet.
Quod tibi vaniloquo non fas eſt ferre ſub auras,
  Grande decus Numen grande decere puta.
Quis feſtas vera luces pietate colendas
  Neſciat? atq; pio templa adeunda pede?
Hìc tamen inuenies fallaces dæmonis aſtus,
  Hìc quoque & obſcænus retia tendit Amor;

Cre-

Crede mihi Diuùm dum fœmina tendit ad ędes
  Luxu & pigmentis imperioſa nimis;
Hùc illùc iacit illecebras fomentaque flammæ,
  Illecebræ laqueant, blandaq; flamma necat;
Dum, moriente Deo, rerum natura labaſcit,
  Sol latitat, ſilices frangit vbique dolor,
Hetruſcus perijt Vates deceptus amore,
  Sacrato ſteterat forſan & ille loco;
Dedecus ò dirumque nefas dominatos auerni
  Quæritat in templis impia templa ſacris?
Indulges oculis, dictiſque procacibus? aſtat
  Et cernit vindex turpia facta Deus;
Vel fuge vel magni formida iura Tonantis,
  Sunt ſacra ſollicito templa colenda metu;
Præterea, ſi quos habeas, venerare Parentes,
  Semina qui vitæ prima dedere tuæ;
Nec factis nec corde necem meditare latentem
  Proximus eſt, quiſquis viuit in Orbe, tibi;
Abſint blanditiæ Veneris, quod mente volutas
  Quodque facis caſtum, caſtaque verba ſonēt,
Illa lues animi peſtiſque feracior hidra eſt,
  Nulla proterua magis, nulla ferenda minus,
Fortiter abſtineas alienis, dictaq; falsò
  Effuge, ne lædat perfida lingua Deum;
Fœmineos Cœtus, quos fœdera ſacra maritār,
  Promptus & aſſiduus mente animoq; fuge.
Et ſi diues habet nitidos fundoſque lareſque,
  Alliciat pectus nulla cupido tuum;
His addas quæ Conſilij celebrata feruntur,
  Purius hæc poſcunt cor ſine labe ſibi,
QVEM parua haud terrent irritamenta malorū,
  Crede mihi, in ſordes mox cadet ille graues;
EXIguum diuellatur niſi gramen ab aruis
  Omnia mox lolium, mox paliurus erunt;

Pupula ſi minimo quouis violatur ab ictu ;
Extemplò vires perdidit ipſa ſuas ;
Sic tenuis quæ contemnit mens crimina culpæ
Præbetur nigris inficienda notis ;
Hos ſcopulos ſi deuites obſcænaque ſaxa,
Nec ſtultus Circes Theſſala philtra bibas,
Vndique Cælicolum ſacris torrebere flammis,
Totus eris fomes, totus & ignis eris,
Sis memor, hic ignis ſeſe dilatat in omnes
NON capitur paruo maxima flamma loco,
Dixeris eſſe Getam vel Turcam dixeris eſſe,
Incolat aut tractus Rhene ſuperbe tuos;
Auxilium tua dextra ferat, facundaque lingua,
PERDItur haud vnquam gratia facta piè ;
Si volucri paſſim præbes alimenta canenti,
Mulcenteſq; meret blanda catella manus :
Nonne magis meret ille, Dei quē dextra creauit?
POSCIT quiſquis egens, eſt opus ille Dei:
Ergo alacris fer opem, diæ nunc lucis egentem
Mox capiet forſan terra beata Virum;
Quid moror exemplis ? diuino flamine Paulus
Eſt ſubitò factus, qui modò Saulus erat;
NVMINIS ætherei ſemper tibi pendeat hamus,
Vndiq; & horrendis retia tende feris ;
QVOS minimè reris tibi piſces vnda miniſtret,
Et ferat optatos horrida ſilua cibos ;
Prædatrix eſt tæda Dei, bacchatur vbique,
Quoq; magis flagrat, fit magis illa vorax;
Vortice flammarum ſi feliciſſimus ardes,
Sidereis alios fac perijſſe rogis.
Priſca rependantur per te diſpendia Cæli,
Gaudeat expletis Curia ſacra foris ;
Quot Cœtus ſecum ducit plaudente Theatro
Domini cus Superæ lucida ſtella plagæ ?

Quot

Quot ſibi Franciſcus iungit decor alta triumphi?
Semina pubeſcunt perfruitura polo;
Semper vterque parit Cœlo tot ſidera, ponto
Quot noſter vectat turgidus Æſar aquas.
His agitatus Iber flammis IGnatius Orbi
Quot parit Heroas Cœlicolaſq; parit?
Nomen ab igne trahit, tanto ſub lumine flammæ;
Meſſicus en claret, Iaponis ora nitet;
Flumina pro Chriſto funduntur ſanguinis, aſtris
Ducit & effulget ſparſa cruore via:
Sic diuinus Amor iaculis dominatur acutis,
Ignibus æthereis ſic dominatur amor.
Nō poteris ceſſare, rogo hoc populāte medullas
Hàc illàc prædas itrequietus ages,
Omnia contemnes, curas contempſeris Orbis,
Impauidum feriet quæque ruina caput.
In Stephanum proſunt nil ſaxa volantia, quidni?
Cœleſtes oculis proſpicit ille Choros.
Æthereas ſpirant Iuuenis præcordia flammas,
Et rigidos ſilices flamma liquare poteſt:
Deſpicit ardentis prunas Laurentius ignis,
Spernit lethiferas en Catharina rotas.
Barbara barbaricos deridet Virgo furores
Et furit Ira Patris, ſtrictus & enſis adeſt:
Perſtat in incepto dextraq; adiuta Tonantis,
Frangor non flector fortis vbique tonat.
Multiplices lacero candentia membra Sebaſti
Ad Cœlum pandit multa ſagitta vias.
Pro Chriſto collum ferro Palmatius offert,
Sic ditat Superas palma beata plagas.
Euellit ſimulacra Deum Taſiana precando,
Vncos nec flammas nec timet illa feras.
Falſa Deûm, exclamat, cecideſūt numina, verus
Non cadit ille Deus, qui mihi ſubdit opem;

PRISCA datur laceranda leonibus, ecce leones
Non audent tenera ſe ſaturare dape,
Virginis hìc cernis victricia pectora, victas
Cernis & Hyrcanas degenerare feras.
Ignes cui ſpernit Polycarpus? flamma Tonantis.
Maiores flammas, quę latet intus, habet,
Pectinibus lacer ęratis generoſus ab hoſte
Blaſius en Cęlo fundit ab ore melos.
Cui non nota Petri crux eſt ſanctiſſima? Pauli
Cui gladius? meritis claret vterque ſuis.
Vera fides veneranda fides his fulta Columnis
Ridet conatus Orce proterue tuos.
Hanc tu Venanti moriens teſtaris, ouaſque
Horribiles hoſtes exuperante Deo.
Cuius ab igne tot innumeri Puerique Puellęque
Exultę diras non timuere Cruces.
Non timuere rogos, non ora adaperta ferarum,
Ferrataſque rotas, carnificeſque manus.
Agmina ſi quarum memorem vel nomina ſola,
Inueniat nullum feſſa Camęna modum,
Gręca probant veris ſignata volumina faſtis,
Et veterum Latijs ſcripta legenda tonis;
CARO gaudet emi diuina potentia Amantis,
QVOD non ſtat magno, vile putatur opus;
Quid pretio vitā ſuperat, quid ſanguinis vndam?
Ille petit vitam, ſanguinis ille iubar;
Amputat hic linguā Iuuenis ſibi, Thaidos artes
Vincat vt obſcænas multipliceſque dolos.
Artus Hippolyti furijs laniantur equorum,
SPumeſcunt dumi ſanguine, ſaxa rubent;
Spargite, membra legant nitidis Sacraria gēmis,
Occupet & meritis Spiritus aſtra ſuis;
Virgineos Cœtus fulgenti murice rubros
Martyrij, vacuus ſi numerare velim;

Au-

Autumni fructus, calidæq; æſtatis ariſtas
Pratorum, & referam ſidera vere prius.;
Mille probant pario candētia marmore templa,
Sacraque conſpicuis iuncta ſacella tholis,
Lampades ardentes paſſim teſtantur & Aræ,
Iactaque diuitibus thura Sabæa focis;
Chryſolitis fulget paries, calcatur Achates,
Gloria Marytribus tanta, & vbique decor,
Hi feſtinantes Orbis tractuſque viaſque
Semper ſollicito circumiere pede:
Relligionis opes fundentes vndiq; ſacræ
Sancibant Fidei iuſſa cruore ſuo;
Si pingueſcebant fælicia ſemina Cælo,
Fœcundus fuſi ſanguinis imber erat.
Tybris inundauit ſpumarunt Arnus & Æſar,
Eridani quoties intumuere ſinus?
Quà currunt Amaſus, rapidus Viſurgis, & Albis;
Sequana quà Ligeris, quàque Garumna fluit,
Quà memorant Nilū lunæ de montibus ortum
Iordaniſque ſuas vectat amænus opes;
Pulcher Chryſoroas, quà formidandus Orontes
Immenſo gaudent ferre tributa mari;
Tigris & Euphrates acies mirantur ouantum,
Et ſpectant valida parta Trophæa manu.
A h'quoties Ganges, quoties Nylæus Hydaſpes
Intrepidos animos obſtupuere Virùm.
ANGELVS en medio flamarū ORSVCIVS æſtu
Linquit humum celeri raptus ad aſtra pede:
Numē habet Superùm, reſpōdent facta, roguſq;
Æthereas flammis flammat Amantis opes.
Gaude LVCA, tuus Ciuis nitet Incola Cæli,
Patronuſque tibi eſt, qui modò Natus erat;
Exemplis igitur tot motus fortius vrge
Semper propoſiti grandia cœpta tui;

Spon-

Sponte velis tolerare ſitim & ieiunia lætus
  Atque vltrò placitis abſtinuiſſe bonis;
Diuis Amor leuibus pænis lætatur amantis,
  Et ridens lacrymas imbibit ille tuas;
Ergo tibi Cælum ſi paruo fulget emendum,
  TE perferre iuuet non modò ferre iuuet;
Egregio ſibi ſudantem conamine laudet,
  Cernat & ardenter te vigilare ſibi;
IRASCI facilis tantus Deus, Optima quæque
  Iure ſuo firma ſunt retinenda fide.
Prōpta manus quoſcumq; ſubit caſuſq; minaſq;
  Nec timet hoſtiles impetuoſa neces;
At contrà quia nil oculis præſtantius; vſque
  Quos non occurſus pupula clara pauet?
Quiſque locus retinet rerum viliſſima, forti
  At cuſtoditur gemma Erythræa ſera.
Rara volunt conſeruari vigilanter & arctè,
  Hoc poſcunt pretio facta ſuperba ſuo;
Sic cœleſtis Amor propter ſe ſolus amari
  Vult, & amore tuo ſolus ineſſe cupit;
Forte velis me clara loqui; Nil vota retardo,
  Quæ ſum dicturus; pectore conde tuo.
Spontè caue varias propter cauſaſq; metuſque,
  Victori promptus ne famulere Deo;
Vtilitas non ſit proprius tua finis amandi,
  Vulgus amicitias vtilitate probat;
Vileſcit diuinus Amor mercedis amore
  MERcedis pretio non ſtat emendus amor;
Si tibi ſeruires, non ſeruiretur amori,
  Ergo tua ſolers commoda mente fuga:
Ad deuitandas etiam pænaſque rogoſq;
  Horribiles Orci non adametur Amor;
Cauſa foret vilis; procul hinc ſint vilia, fine
  Pende ſagax pretium nobiliore Dei;

Si

Si quis amat, vitæ vt fugiat tormenta metuiq;
Aut miſeros caſus Orbis inique tuos:
Ponderis immenſi Numē non dignus amare eſt,
Lanceque mendaci librat Amantis opes.
Queis ſapiunt res humanę,hoc tāgūtur Amore,
Nunquam talis Amor ſimplicitate nitet.
Villicus excultæ terræ ſic diligit vber,
Sic Chremes nummos fertur amare ſuos;
Talia ſanctus Amor fraudis commercia vitat,
Atque odio leges vtilitatis habet.
NON ſeruilis Amor Deus eſt, qui ſeruit amāter
Viuat & in caſtris militet vſque Dei.
Præterea ſi quæris opes, & Amoris amores,
Per Mariam venient proſpera vota tibi.
Crede mihi(Maria Duce,quicqd auebis habebis,
Illi nam Charitum nobilis Arca patet.
Dius Amor iam conceptam ſine labe reatus
Priſci; conſtituit tempus in omne ſuam;
Paruula vix Virgo vitales hauſerat auras,
Totaque erat Diuûm gratia, tota decus,
Flamma poli,ſpes alta Virûm,Numenq;verēdū,
Et iam Mater erat ſola futura Dei;
Idem Amor ah quoties venturi temporis horas
Præcurrens dixit creſce Puella mihi;
Deliciū iam creſce meum,mea Vita, meū Cor,
Tota mihi pulchra es, tota decora mihi;
Cæleſtes tuus en greſſus iaculatur Amores;
Me laqueat facies, illaqueantque comæ;
Nil oculis eſt Pupa tuis fulgentius; hi ſunt
Qui noſtram rapiunt ore ab anhelo animam,
Si dormis, tecum recubo, ſi tempora perdis
Luſibus, arbitrijs tempora perdo tuis:
At cum ſidereo teſtaris gaudia riſu,
Riſus habet Charitis me rapientis opes.

Sum

Sum fateor tibi flāma, mihi es dulciſſimus ardor,
Vis geminare ignes? vis geminare faces?
Creſce Puella tibi ſponſum ductura Tonantem,
Mox paritura Deum creſce Puella mihi;
Virgo Deū paries, hoc perditus ingemit Orbis,
Cur deſiderium lenta morare meum?
Creſce meum robur Superùm Regina futura,
Deploratorum certa medela Virùm.
Creuit & aucta Dei cœleſti numine magnum
Virgo Deum terris Virgo hominemq; dedit.
Poſtque graues caſus rerumq; pericla, ſupernis,
Aſtra petit victrix perfruitura Choris.
Iuncta Deo Natoque Deo pia vota precantum
Suſcipit, & vanas non ſinit eſſe preces:
Hæc orata tibi cœleſtis prodiga Amoris
Gaudia vera ſacras deliciaſque dabit;
Dicitur illa Arctos nunquam caſura ſub vndas,
Namque procelloſas ſoſpitat alta rates:
Crede mihi Maria ſubitò mandante tumultus
Detonuere maris, detonuere minæ:
In te monſtra rotant ſæuas Cocytia tædas?
Intentatque angues dira Megæra ſuos?
Solue metus, formidandi nam ſola Draconis
Triuit ſidereo lurida colla pede:
Dulcius illa nihil ſentit quam vota nocentum,
Gaudet & afflictis ferre potenter opem:
Hæc ſibi fidentes Cocyti carcere demit,
Frangit & obſtantes imperioſa feras.
Comprimit ardentes flammas, gladioſq; coercet,
Cedere mandat aquæ, iuſſa recedit aqua,
Quin reuocat vita functos ad luminis auras,
Quoſque obijſſe vides, non obijſſe vides;
Plura quid enumerê ſine fine exempla? canêrem
Fuſius hæc alibi me retuliſſe iuuet.

Nul-

Nulla ſub anfractu degit gens barbara Solis,
Humanas leges oderit illa licet:
Cui non auxilium Mariæ, cui dextra non ſit
Cognita diuitijs officioſa ſuis?
Hæc eadem Infantē Puerum tibi tradet Ieſum,
Illo non maius munus Olympus habet.
Agneti tribuit poſcenti, & lacteus Agnus
Lætus in Agnetis pectore luſit Amans.
Cur Beneuenutam taceo? donauit Amantem
Olim quam ſacro pignore Virgo Parens.
Lux Chriſti Natalis erat, complexibus arctis
Excepit puerum deuenerata Deum,
Gaudia quis memoret Diuæ amplexantis Ieſum?
Facta eſt ſidereo torrida tota rogo,
Quinquenni præbet Luciæ caſtiſſima Natum,
Quam Diuam celebrat Narnia priſca ſuam,
Vlnis Diua Deum ſtringis gratiſſima Cœlo?
Cumque Deo Puero tempora longa teris?
Si ſapis ante diem, fige oſcula mille Puello,
Dulcia melle magis labra Puellus habet;
Crebrum baſiolum diuinis ingere ocellis,
Sidereum Pupi nectar ocellus habet;
Cur mihi non canitur Franciſcus feruidus ille
Ille triumphantis ſeruus Amoris amans?
Hic etiam meruit Maria donante Puellum,
Atque inter potuit brachia ferre Deum:
Luce magis res clara, mihi ſed digna referri,
NAM pia habent pretium ſint iterata licet,
Eſt locus Apennine tuum celeberrime denſis
Quà piceum ſiluis tollis ad aſtra caput.
Nobilis horriferum quà iactat Auernia culmen,
Illo crediderim Numen ineſſe loco.
Hic inter quercus proceras inter & ornos,
Saxaque perpetua ſemper operta niue;

Fran-

Franciſcus ſibi victurus, moriturus olympo,
Sæpius effundit feruida vota Deo:
Ah'quoties Echo retulit per teſqua ſuſurro
Quos querulo ſacros protulit ore ſonos;
Si Barathrum meditans geminauit ſæpius eheu,
Eheu viſa ſibi ſilua benigna queri;
Hos cerno ramos, hamos cœleſtis Amoris;
Flamma meo nunquam corde recedet? edet;
Effundam fletum? lethum ſic fugeris, illa,
Quem pereo eſt adamas?vox iterauit,amans;
Viuat Amans ergo dixit, cui feruit olympus,
Viuat & exhauſtis oſſibus oſſa voret.
Dum noctis pars alta polum decorauerat aſtris,
Aſtra nitent, aſtris Cynthia cincta nitet.
Venerat huc Diuus diuino flamine adactus
Oratum, & ſolito more iacebat numi.
Lumina iã ſpectant cœlũ,manus vtraqꝫcœlum,
Arduus obloquitur ſpiritus ante Deum.
Senſus hebet, friget corpus,fluit vndique ſudor,
Lingua loqui vellet, nec potis illa loqui;
Mẽte preces iterat,precibus vota addit & inſtat,
Infantemque Deum poſſe videre cupit;
Hoc habet in votis, hoc poſcit,poſtulat,vrget,
Et Mariæ aſſiduas fundit ab ore preces.
Sola potes, Franciſcus ait, caſtiſſima dulcem
Optanti Natum Virgo dediſſe mihi.
MAGNam magna decent,ſi nolis,perdis amãtẽ,
Annue, poſcentem ſola beare potes;
Spontè obeo, ſi vota negat,iam deficit æger
Spiritus,occludo lumina, vita vale;
Dixerat; ecce tibi totam ſplendeſcere ſiluam,
Et nigra nox ſubitò, facta ſerena dies;
Mille faces luceſcenti labuntur olympo,
Lactea quæ vincunt Semita iure tuas.

Diuus

Diuus ad auricomam lucem pia lumina tollit,
Obrutus at nimia luce repentè cadit.
Ille cadit quando cœtu circundata Virgo
Stellarum, & radijs mille decora nitet.
Virgo Parenſque Dei caro cum pignore ſupra
Adſtat Franciſcum talia voce ferens.
Quid quereris dilecte mihi, dilecte Tonanti,
En deſiderijs vela ſecunda tuis;
Si teneri vidiſſe cupis ſacra membra Puelli
Surge age præſentem, quē cupis,ecce vides;
Infantem aſpexiſſe datur brumamq; ferentem,
Cerne vt lacrymulas pupus ab ore ciet:
Quid tremis atq; paues? ardentes aſpice vultus,
Aſpice & ignauos pectore pelle metus:
Pupulus arridet, tibi porrigit ecce petenti
Brachiolum roſeum, lacteolaſq; manus;
Sume tibi gremioq; foue mea Pignora, ridens
Vult puer, atque vltrò donat habere parens;
Oblatum diuinus amans excepit amanter
Vixque ſibi credens lumina flexit humi.
Obſtupet atque animo firmato talia tandem
In Mariam & Puerum pectore dicta refert.
Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah'nexu ſoluite vincla mei.
Soluite namq; Deū cernunt mea lumina viuum,
Optatoque datur continuiſſe ſinu;
Alter ero Simeon poſt ſecula mille peracta,
Cui diuſnè iterum naſceris alme puer;
Tunc moriturus eras hominum generiq; mihiq;
Nunc æternus ades candidiorque micas;
Deque Deo Deus es,genitū de Numine Numē,
Natus es, at compar diceris eſſe Patri;
Lux totus, ſol totus ades, mihi gratia totus,
Nectare & ambroſia membra tenella fluunt.

Dex-

Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah' nexu ſoluite vincla mei.
Crine tuo roſeo nil eſt formoſius, ecquid
Aureola poſſit fronte nitere magis?
Lucida transfigunt animũ tua lumina noſtrum,
Lumina nectareis præualitura fauis,
Hæc mihi me rapiunt; ò fœlix Pupule adure
Cor mihi, cor factum eſt iam tua præda, neca.
Pupula quid mirũ quod flammas ventilet? in qua
Splẽdet Amoris honor, ſplẽdet honoris Amor.
DVLCE mori, longè mors optatiſſime amanti,
Ecquid amabilius quam cecidiſſe tibi?
Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah' nexu ſoluite vincla mei.
Excubat in genulis charis ardentiſſima, labris
Seſſitat in teneris purpura tincta croco.
Si rides, tibi ridenti gratatur olympus,
Si luges, luctum totus olympus agit,
Si cum Matre agitas luſus Chariteſq; iocoſque
Soluitur in dulces Terra beata iocos,
Pupule quid poſcis? quid blãdule Pupe requiris?
Liquor vt æſtiuo nix perit alta die:
Quid mihi Chriſte manu tenera blandiris amãti?
Percute peccantem nam meruiſſe vides;
Blanditias offers contrà riſuſque laceſſis,
Et roſeas labris porrigis ipſe genas?
Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah' nexu ſoluite vincla mei.
Pupule cura mihi, mea lux, mea vita, meum cor,
Liliolumque meum, deliciumque meum.
Da mihi baſiolum cœleſtis Pupule, ſi fas,
Vel patere, vt figam pupule baſiolum.
Si renuis, ſuffurabor, vel dulcia mille
Pro ſolo accipiam baſia, baſiolo;

Ah'

Ah'ſatis eſt,quod quærebam'nam ſpontè dediſti,
Nunc ſine iam videor ſenſibus eſſe meis:
Iam mihi vileſcant humanæ commoda vitæ,
Menſa ſit,herba mihi, fertilis herba torus.
Taxea ſilua ſalus; inter ſpelæa ferarum,
Tu mihi menſa Deus,tu mihi vita Deus:
Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah'nexu ſoluite vincla mei.
Hìc tempeſtates hyemis nimboſq; furentes
Deſpiciam, pluuijs prægrauidoſq; Notos,
Hìc aer quicquid moueat contemnere certũ eſt
Et quicquid ſtygij dira caterua ducis;
Seu vigilem, ſeu declinem mea lumina ſomno,
Tu dormire mihi, tu vigilare dabis:
Tu quoq; Virgo vales ſanctiſſima ferre ſalutem.
Me tibi fidentem ſolà beare potes;
Ore Arabum ſpiras gazas, Ver ore remittis,
Atque mihi per te Pignus habere datur.
Pignus ades mihi Chriſte mei ſis pignus amoris;
Spontè tibi exuuiæ, ſpontè triumphus ero.
Dextra mihi nimium cœleſtia Numina dulci
Corporis ah'nexu ſoluite vincla mei.
Te ſine ſi dederis quicquid complectitur Orbis,
Nil moror inuiſas quas habet Orbis opes.
Te ſine ſi dederis gemmas radiantis Olympi,
Temno quas gemmas diues Olympus habet,
Vt ſeruire tibi poſſim concede roganti,
Huic vni cedant cætera vota meo;
Dum viuo te poſſe frui concede petenti,
Hoc vnum ſuperet cetera vota meum.
Diſſolui iam iam cupio vt ſuper æthera tollar,
SI TIBI non viuo, plus nece vita nocet;
Dum morior mea vita tibi, quid demorer vltra?
Dum tecum moriar, non obijſſe ferar.

Dex-

Dextra mihi nimium cæleſtia Numina dulci
Corporis ab nexu ſoluite vincla mei.
Plura daturus erat feruenti pectore vota
Lacteolum Puerum dum ſibi Diuus habet;
Sed nigris ſubuecta rotis nox atra cadebat,
Lampas & Eoæ iam propè lucis erat.
Tum ſubridenti Virgo caſtiſſima vultu
In Diuum tales protulit ore ſonos.
Redde meum Franciſce mihi Natumq; Deumq;
Hauſtibus æthereis ebrie redde meum;
Iam nox præterijt, non fas eſt amplius, ortus
Ante Iubar ſolis lucifer ecce micat.
Redditus eſt Infans Matri; ſuper aſtra volarunt
Numina, Franciſcus nil niſi ſaxa videt;
Ecce rigent cœli triſtes ſine luce cauernæ,
Quercubus & circum conſita ſilua riget.
Quiſquis amas, vel noſtra legis pia carmina, diſce
Hinc Mariæ quantum grandia dona iuuent.
Virgo tibi ante oculos ſtet præſentiſſima ſemper,
Virgo tibi clypeus, Virgo futura ſalus;
Blanda ſecundus habet finē mea cura Libellus,
Virgine cumque ſua Muſa peregit opus.
Ergo tuo Vati palmam fer grata Iuuentus,
Et Duce me factis ſidera celſa pete.
Omnibus arma dedi ſtygio metuenda barathro,
Arma dedi, fortes quæ ſuper aſtra ferunt.
Hic tetigi portum, puppis defeſſa quieſcat,
Mox dederit ventis lintea plena ſuis.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE

DE ARTE AMANDI DEVM.

LIBER TERTIVS.

TERTIA ſuſcepti mihi Pars extrema laboris
Imparibus reſtat perficienda modis,
Quem facil s mea muſa canit, diffuſilis ardor,
Flamma Virùm, Superùm Numē, adeſſe velis,
Vincit iò Cœleſtis Amor victorq; triumphat,
Et canitur noſtro carmine victor Amor;
Enitet armatus iaculis tædiſque coruſcus,
Arcum læua gerit, flammea dextra faces.
Aureus aurato vehitur curruque rotiſque,
Luce præit Phæbo, fulgidiorque micat:
Alatum ſeſe iactat puerilibus annis,
Fulgurat, & roſeo vibrat ab ore iubar,
Quà fertur, Superi plaudunt rutilantibus alis,
Ingeminantq; ſuis iò Triumphe Choris:
Vndique odoratis halant quoq; floribus aræ,
Pinguibus atque focis vndique thura calent;
Ante triumphalem pompam captiua trahuntur
Agmina perpetuis diſcrucianda malis;
Turpis amor ſceleratus amor ſua colla catenis
Vincta gerens toto pallidus ore gemit;
Fert incompoſitos crines, & ſpicula fracta
Euerſas pharetras, & ſine luce faces,
Non oculos vitta geſtat de more ligatos,
Cernat vt infrendens dedecus ipſe ſuum;
Mærentem circùm ſtipant fraudeſque, doloque,
Magnarum & luxus depopulator opum:

Otia

Otia deſidiem comitantur, turpis Orexis
 Artus dilaniat non miſeranda ſuos:
Nox etiã trahitur manibus poſt terga reuinctis
 Et fremit & ſceleris non putat eſſe rea;
Iurè tamen rapitur, fuſcis nam ſemper amãtum
 Blanda ſuis tenebris facta nefanda tegit;
Vidiſſes Venerem proſciſſam turpiter ora,
 Orbis delicias Tartareumque ducem;
Vidiſſes alias captiuo corpore peſtes
 Ornantes magni clara trophæa Dei;
Virtutes hic ſe iactant fulgore nitentes
 Proiectæ pedibus quę iacuere Virùm;
Virginitas dextrum latus amplexatur Amantis,
 Lilia fert pura candidiora niue;
Diua Humilis lęuum vultu placidiſſima ſacram
 Aſtringens vlnis, quam fouet ipſa Crucem,
Inclyta Pauperies, cui ſtat venalis olympus,
 Pulchra in Victorem lumina fixa tenet.
Horrentes nudis pedibus Patientia dumos
 Amplius haud calcans ſigna beata colit;
Cęruleas induta togas prę cincta nitore
 Mẽs bona ſtat Superùm deuenerãda Choris;
Ecce ſui Contemptus adeſt; quis credat? acerbus
 Hìc Dolor ipſe nitet, fulget & ipſe labor;
Ora Triumphantis cernunt Rectumq; Piumq;,
 Lętaque Sobrietas geſtit honore Ducis;
Vndiq; Dux hilaris vultu, ſua lumina vertens,
 Gaudia mille offert, vulnera mille iacit;
Non poſſunt quamuis vellent ceſſare ſagittę;
 Æthereis iaculis quiſq; perire cupit.
Spicula ſacra cadunt brumali grandine plura,
 Quoſque ferit ſemper diua ſagitta beat;
En ego confiteor, cupio tua pręda vocari,
 In me verte arcus, ſum tua pręda, Deus;

Vin-

Vince reluctantes animos duroſque coerce
Senſus hoſtiles, quos tibi adeſſe vides:
Interea hùc redeas Pubes dilecta Tonanti
Quam Superum raptat ſanctus ad aſtra calor;
Legibus innumeris ſi retia ſacra paraui,
Hinc effecta tibi plurima dulcè canam:
Queis animaduerſis certiſſima ſigna notabis
Pectore in ardenti regnet an ille tuo;
Artis opus magnæ,hùc adhibe mentēq;animūq;
Dicta nota, leges te coluiſſe iuuet;
LÆTItiam cæleſtis Amor largitur amanti;
Hoc primum donum ſenſeris eſſe datum;
Si cauſam perſcrutaris, mens conſcia Recti eſt,
Tutaque ſemper erit, ſi pia ſemper erit.
Nec pia dicetur ſi non candore niteſcat,
Vincat & algentis vellera cana niuis;
Hinc tranquilla fluit pacati pectoris aura,
Hinc quoq; Cœlicolum gaudia digna choris:
Dum ſyncera ſilent caſtæ penetralia mentis
Fruſtra hoſtes vibrant irrita tela tui.
Non aliter templum Iunonis nobile clamat,
Me contrà potis eſt Tethios ira nihil;
Hæc placido radiat pulcherrima fœmina vultu,
Candida tota nitet veſte, ſed atra Chlamys;
Cor gerit in dextra quod ſpectat ſedula crebrò
Nuda pedes graditur quà, reuireſcit humus.
Floret humus, vicina rigent at ſentibus arua,
Si recta eſt, ſpinas abijcit illa procul.
Hæc homini Deus eſt,arx eſt adamātina Amāti,
Cum magis ardenter vis inimica furit:
Aiacis clypeum laudauit longa vetuſtas,
Hæc eſt Aiacis tegmine firma magis.
Si culpa careat, fit murus aeneus illa,
Cui vis nulla nocet, nec nocet vlla dies;

Sæua tonent quamuis rabidi conamina Ditis,
Tartareaque manu fulmina miſſa tonent,
Illa Dei frena auxilijs ſuper ætherea fertur,
Ridet, & irridet facta beata minas;
Aeris haud aliter tendit ſuper alta Volucris
Nubila, ſi pluuias protinus illa ferant;
Fulgura ſub pedibus tempeſtateſque tonantes
Aſpicit, & nimbos gaudet abeſſe procul:
Pax tibi quam dederit diuini robur Amantis
Deludet quicquid mobile vulgus habet;
Hac dabitur ſpreuiſſe tibi mendacia famæ,
Nullum qua monſtrum tetrius eſſe poteſt;
Illa tuos greſſus operumq; inſignia facta
Torſerit in turpes credita vbique notas;
Si pius abſtineas menſis, te fingere dicet,
Templa frequentabis? te ſimulare feret;
Cimmerio viſes detentos carcere egenos,
Dixerit eſſe aſtus pectoris illa tui,
Solus eris? cum Vate canet loca ſola caueto,
Namque libidinibus ſæpe vacare ſolent;
Fortiter vt noceat formas ſibi mille nouabit,
Stringere quo nocuum Prothea fune queas?
Deſpice; viciſti cautus, ſic pondere preſſa
Palma aliquo victrix fortior aſtra petit.
Præterea tibi pertentent quæ gaudia pectus,
Gaudia ſidereos exhibitura fauos;
Sola ferant tibi veſcenti vitalibus auris
Cœlicolas inter viuere poſſe Deo:
Læta per æthereos felici tramite campos
Mens tua flammigeris allicienda Choris,
Corde voluptates quas non perceperit imo?
O'bona mortali non numeranda ſono:
O'nullis oculis bona cognita, gaudia nulla
Aure audita ſatis, nec ſatis hauſta diu:

Cer-

Cernit ibi toto radiata palatia Cœlo,
Fulgenteſque tholos auriferaſque trabes,
Læuis Onix hic deſpicitur, calcatur Achates,
Lucida Chryſolitis ſemita monſtrat iter.
Inter Erythræas non vltima gemma Smaragdus,
Perſpicuum viridi vibrat ab ore iubar:
Stant adamantæis fulgentes mille columnis
Arcus, quos poſſit lædere nulla dies;
Hic Opera æthereum nutu moderantis olympũ
Aligerum docta ſunt bene ſculpta manu;
Maximus hic Opifex rerum & ſuprema poteſtas
Qui bonus æterno Numine cuncta replet;
Cœli Orbes creat immenſos, ſtellaſq; micantes
Aerios colles, frugiferumque ſolum:
Lucis & auricomæ radios, lunamque iubarq;
Solis inacceſſi flammiferaſque faces;
Aſpiceres viridi lapidoſos culmine montes
Surgere, & in ſiluas horrida abire iuga;
En capiunt elementa ſuam ſedemq;,locumq;
Et loca ventorum commoda quiſque tenet.
Quiſque tenet iuſſus, datur vnda natantibus,aer
Pennato generi, terra habitanda feris;
Tempora diſtribuit toto dominantia mundo,
En Hominem terræ ex vbere,cerne, creat:
Morbida quid memorem primi contagia Patris?
Hic ruit in vetitum,pœnitet inde mali.
At parte ex alia ſubmerſum fluctibus Orbem,
Plurima vbique iacent funera,vbiq; dolor;
Sola natat Puppis noſtræ ſpes vnica gentis,
Ecce ſuper montis vertice feſſa ſedet:
Deijcitur Turris,tantum mortalibus auſum?
Agnoſcat facinus gens truculenta ſuum.
Hinc procul effulget gemmiſq; auroq; Theatrũ,
Moles milleno ſidere clara nimis:

Frons rutilum fulua fert Carmen Iaſpide cinctũ,
Victori Hic Chriſto ſoluitur omnis Honor:
Longa operum latè ſeries diffuſa niteſcit
Vincere materiam nobile credis opus ;
Eſt opus Aligerum gemma ſplendente peractũ,
Vndique monſtrat iter ſardonychata via ;
Mens coniuncta Deo, noſtris hìc luſtrat Amãtis,
Dum vixit terris inclyta facta ſui.
Naſcentem videt in ſtabulo, ſed ſtramina latè
Inter Chryſtallum Chryſolitoſque micant ;
Quæ caſa vilis erat tota ex adamante renidet,
Ardentes flammas mille Pyropus agit.
Sanguinis hinc fundit ſtillas ſanctiſſimus Infans,
Ridet ab effuſo ſanguine dius Amor.
Hàc ſiluas petit horrendas, atque antra ferarum,
Antra micant gemmis, aurea ſilua micat ;
Plurima prætereô, ſunt hìc Miracula Chriſti,
Factaque diuinis effigiata modis ;
Excipitur tandem Solymis, circumſpice gentem
Iſacidum ſtrata veſte operire ſolum ;
Ad dextram te verte tui monumenta Magiſtri,
Præradiant auri clara nitore magis ;
Proditor adducit numeroſas milite turbas,
Ardent in noctis turbine mille faces.
Paſſim cernuntur ludibria dira tabellis,
Hùc illùc Agnum turba proterua trahit.
Inferias magnô ſoluit natura Parenti,
Aſpera franguntur ſaxa tremiſcit humus ;
Mox veluti Phœnix flãmis conſumptus Amoris
E' tenebris victo robore mortis adeſt;
Cuſtodes funduntur humi, Leo victor ad auras
Fortiter effuſis hoſtibus ecce redit.
Victorem Chriſtum geminat reſonabilis Echo,
Chriſt' habet plauſus, carmina Chriſt' habet;

Sæ-

Sæpe ſolent hùc Cælicolæ ſecedere, & vnà
Diuinis terere hic tempora longa modis,
Viuat Amor reboant aulæ, vox omnibus vna
Viuat Amor, reſonant atria, Viuat Amor;
Hinc quoq; nec longè præfulget nobile Tēplū,
Splendet vbi Mariæ gloria, lucet honos:
Ducta manu Superum latè pulcherrima moles
Gemmiferis radiat conſpicienda tholis.
Mille nitent ſigna, effulgēt decora alta Tonātis,
Et Magnæ Matris mille trophæa nitent,
O' bona mens, quā flāmat Amor, quā Virgo tue-
Ad pompam Mariæ lumina tolle tuæ. (tur,
Gemma ſuos longè faſtus Hyacinthina iactat,
Et varium è pario marmore candet opus.
Eoos fuluum lapides diſcriminat aurum,
Diues & argenti plurima gaza micat;
Ante tuos oculos primum myſteria fulgent
Gaudia quæ Mariæ multiplicata ferunt;
Gaudia vera parit Chriſtus rediuiuus ad auras
Aſpice fulgentem, quam gerit ille Crucem.
Ecce ſuper ſacrum Cœtum delabitur Ignis,
Spiritus eſt ignis lapſaque flamma Deus;
Cœlicolum vectata humeris ſanctiſſima Virgo
Aſtra petit Nato perfruitura ſuo,
Hanc Pater omnipotens ſacris amplectitur vlnis
Et iubet æthereis imperitare Choris:
Aſſidet ad læuam Nati, gratanter olympus
Mille lyras pulſat, carmina mille canit,
Ad dextram ſpeculare, ſilet caſtiſſima Virgo
Aliger at roſeo promit ab ore ſonos.
Sculpta licet poſt iuſſa Dei ridere videtur,
Facta Parens ſubitò, Filia, Sponſa, Dei,
Gaudet ob Infantem, cui plaudunt omnia, Natū,
Nox eſt, ſed nocti dat Deus eſſe diem.

Paruulus offertur Maria cum virgine templo,
Hinc quoque lætitiam concipit ipſa Parens;
Quæritur aſt alibi; Patrem pallere videres
Dum ſobolem quærens itque reditque vias.
Ad læuam gemmata vide monumenta doloris
Diuiſa in partes quæque decora ſuas.
Vota preceſq; Deo fundit moribundus in horto
Chriſtus: ab ætherea Nuncius arce venit,
Nec mora, ſacratis fluitant Prętoria riuis,
Scinditur innumero verbere Chriſtus amans;
Spinea ſerta caput cingunt, fit fabula paſſim,
Dextræ pro ſceptro frondea canna datur.
Denique quadrifido pendens è robore clamat,
Audit clamantem conquerriturq; Parens.
In terris dum Virgo fuit, fuit icta dolore.
Nunc potis in Superis illa dolere nihil.
Omnia ſunt riſus, ſunt omnia vera voluptas,
Omnes excludit Terra beata metus;
Quid memorem radios, & inexaturabile lumen,
Lumen quod Trino in Numine Numen habet;
Vnica lux, ternus Titan fulgetque repletq;
Omnia, nil diſpar Trinus & vnus Amor;
Lumina paſcuntur viſu menteſq; tuendo
Et bona inexhauſta multiplicantur ope;
Hæc meditetur amans rapta ſuper æthera mēte,
Inter cœlicolas mente reuoluat amans;
Pluris & vt patrij ducat commercia cœli,
Et videat quanti pax facienda ſibi;
Cogitet horriferos motus & triſtia bella,
Prę́ſentes pœnas ſollicitoſque metus;
Quos ſcelerata Virûm fert mens noctuq; diuq;
Innumerabilibus diſcruciata malis;
Si vigilant, animo mœrent, latitantq; tremuntq;
Nec tutus locus eſt, nec datur vlla quies.

Lu-

Lauta licet ſit menſa, cibus non ſubleuat ægros,
Haud Ditis tollunt vina ſalerna minas;
Si nox acta bigis terras complexa tenebit,
Tūc timor eſt maior, tūc pauor omnis adeſt;
Stare loco neſcit fraternis territus Vmbris
CONSTANS ipſe regat ſceptra ſuperba licet.
Quid te cōmemorem frænātè regna Gothorū?
Symmachus innocuè mortuus vltor adeſt.
Ah' quantū mala mēs miſerorū pectora torquet,
Æternis Orci dilanianda malis:
Quid veſane paues? nō vindex Symmachus adſtat,
Hoc Piſcis caput eſt, lumina falſa vident;
Falſa vident, & vera vident, ſcelus hæret in illis,
Iurè cadis ſtygio victima vota duci;
Tu verò dilecte Deo, cui carmina condo,
Quique meo Superùm regna labore petis,
Mentis ſæpe tuis oculis meditare barathrum,
IMMEnſum lucrum nam mora facta dabit,
Gaudia pluris erunt cœli;ſic pulchrior aureo
Poſt tenebras pulſas Phœbus ab axe micat,
Aſpice liuentes æterna nocte cauernas,
Lugenteſque domos, Tartareoſque lacus,
Hìc formidandi Ditis ſquallentia regna
Inſpice,& horribiles concipe mente metus;
En campos flammis & ſæuo ſulphure fœtos,
Eructat piceos atra fauilla globos:
Lumina terrentur tenebris,& vocibus aures,
Nil & odore poteſt tetrius eſſe tibi;
Luctiferum Phlegethonta vides,rupeſq;tonātes,
Flammarumq; nigris nigra fluenta rogis;
Verbera ſtridores ferri tractaſque catenas,
Dæmonas horrendos, Eumenideſque vides,
Tiſiphone in miſeros ſæuit ſerpentibus, atraſque
In ſontes tædas impetuoſa rotat;

Alecto ſocios ad verbera dira miniſtros
Concitat, & lentas non finit eſſe manus:
Liuidus hic luctus ſceleratos angit & vrget,
Nil oraſſe iuuat, nil lacrymaſſe valet.
Et ſpes nulla ſubeſt miſeris exire, rigenti
Circumuallatæ ſtant adamante fores;
O ſcelerum facies, ò noxia pectora, pœnas
Nunc admiſſorum quas meruere, luunt.
Hi Veneri & Ventri famulantes talia dicta
Sparſerunt ſtulti ſtulta per ora Virûm,
Fas nobis quodcumq; placet, ſaturanda cupido,
Ludite, ludendi per breue tempus adeſt. (eſt
Dũ loquimur fugit ecce dies, ꝓperate amãdum
MOBILIS hæc ætas non reditura fluit;
Si ſapimus deſiderijs viuamus, amantes
Hora fruenda vocat, forma fruenda nitet:
Nullus ſit campus vel ſemita, noſtra libido
Quam non delibet, prætereatque ſuper:
Fræna Voluptati laxemus libera, noſtrum
Poſt obitum extinguet blanda cupido faces:
Dicta venenato ſunt hæc aſperſa lepore,
Perfida Sirenum vox canit, atque necat;
Tranſijt illa breuis malè delibata voluptas,
Et flebunt noxas tempus in omne ſuas;
Sic meritò ſtatuit nutu qui torquet Olympum,
Frænat & Inferni tertia regna ducis,
Aſpice qui tædas auſi temerare maritas
Inter ſerpentum turpia monſtra iacent;
Membra renodantur ſpiris, atque oribus ora,
Nunc femur aſpidibus conſeruiſſe iuuet;
Turba ſuperborum piceis merguntur in vndis;
Sceptra nihil proſunt, maxima regna nihil;
Quos vnquam non Pactoli expleuere liquores,
Sulphuris ardentis plena fluenta bibunt.

Ira-

Iratos ſua pœna decet, laniantur aduncis
Roſtris, & damnis pectora aperta vacant;
Tractorum illecebris ventris menſaque dapali
Horribiles explet plumbea flamma gulas.
Inuidus ad ventos agitatur turbine vaſto,
Siccaque ferratis dat ſua membra rotis.
Cerne Giganteæ deformia corpora turbæ
Lumborum obſcæno gurgite merſa tenus;
Centauroſq́; Hydraſq; truces, flámaſq; Chime-
Harpyas, Sphingas ſponte videre iuuet; (ræ,
At Centumgeminus minitanti vertice ſupra eſt
Lucifer horribilis lumine, fronte ferox,
Impius infrendens vomit atros faucibus ignes;
Vulnus alit, cœli damna vetuſta gemens;
Siderei memor eſt Solis, pro ſede ſuperna
Incolit ardentes nunc Phlegethontis aquas;
Iſcarios tetro Iudas vomit ore fauillas,
Voce Deum inceſſit tartareiſq; modis;
Innumeras animas numero cōprendere non fas,
Quis memoret fluctus rauca Malea tuos?
O' Iuuenis pruden s alienis diſce ruinis;
FELIX, quem cautum pœna aliena monet.
Has Orci tenebras crebrò ſi mente reuolues,
Aligeri hoc fuerit multa potentis opus.
Pluris & æthereos facies, mihi crede, triumphos
Altaque cœleſti dona tributa manu:
Sæpius inuiſes animo ſi Tartara viuus
Innumeras pœnas, ſulphura, monſtra, rogos.
Hunc quoq; decerpes fructum cœleſtis Amoris,
Quem non caſurum pectore conde tuo;
Nempe tibi res aduerſas, incommoda ſæua,
Ærumnas, morbos, anxiferoſq; metus.
Illatas falsò culpas & turpia probra,
Eſſe tui manibus ſpicula miſſa Ducis:

Hinc tibi præceptor Paulus doctiſſimus inquit,
Qui miles Chriſti es, fortiter arma cape;
Euigila, ſis fidus amans, nec robore cede,
OMNIA vincit Amor, nil ſine amore valet;
Nonne ferus carnis ſtimulus, veneriſq; ſatelles
Eſt datus, aſſiduè qui mihi tortor adeſt?
Hic agitat ſenſus dum clauſit veſper Olympum,
Hìc quoque dum lux eſt bella proterua gerit:
Pugnat & oppugnat, fortem debello, reſurgit,
Corruit, exoritur, vincitur, auget opes;
Sic loquitur Paulus, tu dictis adde, rebelles
Sæpe animas fieri ni mala multa premant,
Viuendi Illecebrę nos alliciuntq; trahuntq;,
Spernimus & ſanctas Relligionis opes;
Diues opum formaq; nitens, & fultus amicis,
Viribus excellens, ſe putat eſſe Deum.
Prodeat hùc Dauid luxu qui diuite, regni
Illuſtri quatiens ſceptra ſuperba manu.
Pace fruens, ventriſq; explens, Veneriſq; furores,
Incautus vitijs libera fręna dedit,
Tum Deus errantem cœlo miſeratus ab alto,
Permiſit multa clade ruente premi.
Hoſtes in ſontem ſurgunt, noua prælia tentant,
Natus & in Patrem tela inimica mouet;
Truditur è regno, extorris quà fertur oberrat,
Nutriat & vitam vix habet vnde ſuam.
His ærumnarum nimbis merſuſq; procellis,
O Deus exclamat mitior affer opem;
Tu miſerum ſeruare potes, tu perdere ſeruum,
Affer opem miſero, naufragus ecce cado;
Ah Deus vna ſalus dele mihi crimina, fortes
In me cur hoſtes præualuere mei?
Turpiter in facies ſtultorum obbrobria iacta,
Et ſubitò venient ſub tua iura Deus;

Spon-

Spontè tuum celeres nomen Deus optime quęrent,
Ante aras victi prociderintque tuas.
Non ſecus aduerſis mortales rebus adacti
Auxilium clamant ſubſidiumque ſibi;
Quàm latebras poſcunt,& nota cubilia cerui,
Quos venatorum tela cruenta fugant.
GLORIA cœleſtis gaudet per iniqua viarum,
Perque feros dumos accelerare pedes,
SI VIRTVS feſtinet iter per mollia prata,
Quà violæ vernant purpureæq; roſæ,
Si ſedeat rerum nullis exercita nimbis,
Egregium nomen vix meret illa ſuum.
Quas ſpinas tibi præbet Amor,ſunt dona roſarũ,
Nonne Dei pariunt Spinea ſerta roſas?
Seminat in lacrymis quicunq; laborat Olympo,
MILLE ſed æternùm gaudia meſſis habet.
REBVS ab aduerſis etiam lucentior exit
Spiritus, ad Superos qui ſibi munit iter:
HOC ſumus in Barathro,ſumus hac in valle malorũ,
Omnia ſunt ſcelerum ſordida facta lue.
Quis cœno infectus niteat?quis criminis expers?
NON fas eſt homini viuere poſſe Deum;
Contractas ergo maculas, errataque purgant
Quæ valide perſers vix toleranda mala:
EXVSTVM flammis lucet perfectiùs aurum
Et ſine labe nitet, fulgidiuſq; nitet.
Sic vidi tædas agitatas edere flammam
Maiorem, & nullo concutiente mori.
Quæ mala Hieronymus nõ pertulit, alta Quirinã
Mœnia dum coluit Romuleaſque domos?
Fortiter ille tamen conſtanti pectore caſus,
Fortunæ horribiles ſuſtinuitque vices;
Dia Capella fuit, ſalices quę carpit amaras,
At mihi dulcè inquit, muta ſit illa licet;

Torridus æthereis flammis felicia triuit
Culmina Caluarij, Bethlemioſque lares.
Fortunatus vbi expleuis feliciter annos,
Nectarea Diuûm paſtus vbiq; dape ;
FRETA Deo fortis tua mens nil cætera curet,
Sic detur nullos extimuiſſe dolos.
Cœleſtis comitetur Amor te dura ferentem,
ET GRaue quicq.d erit, perleue reddet Amor.
OTIA diffugias cautus fomenta malorum,
Otia Tartarei ſplendida menſa ducis,
Deſidiam niſi vitaris, te vicerit hoſtis,
Et fluet incauto luxurioſus amor;
Vincere vis victorque ſequi veſtigia Amoris?
Spontè pias alacer res age, victor eris;
Porrige pauperibus crebro potumque cibumq;,
Tradideris Chriſto quicquid egenus habet.
Excipiat domus errantes, quos vexat egeſtas,
Nā Chriſtus Solymis non procul, hoſpes erat;
Et pietas quæ Chriſtiadum poſuit loca viſe,
Hic ægrotorum plurimi vbique iacent;
Sedulus hic ſerui, nec te pia cura fatiget,
Nox erit, imbriferæ deſpice noctis iter;
Videris hic fœdo ſtillantia vulnera tabo,
Atque execranda putrida membra lue,
Fortior obdures & mollia tædia vincas,
Naturæ miſeras & ſpeculare vices:
Te doceat proprio exemplo Catharina, labellis
Ægri quæ ſuxit vulnera tetra ſuis,
Nec ſecus ac hauſtu nectar cœleſte bibiſſet,
Tabificis plagis oſcula mille dedit;
Carcere ſollicitus clauſos ſolare, citamque
Affer opem, Chriſtus ſic tibi ſubdet opem.
Non animo exciderint fugientia tempora vitæ,
Si vita functos te ſepelire iuuet.

Hic

Hic quoque ſidereis ex hortis fructus Amoris
Enitet, ardenti quem tibi carpe manu;
Eſto memor mortis,mortemq;in pectore volue,
ÆTERNAM vitam mors meditata feret.
Tot peperit claros cura hæc heroas Olympo,
Quot flores tellus dædala vere parit.
Hæc radix peramara videtur; paſta placebit,
Nectare mox dulcem dixeris eſſe magis.
AH'quoties grauis vt fugias faſtidia morbi,
Felle magis triſti pharmaca amara bibis;
VT VALEas animo curas odiſſe placebit?
Quæ pariant animæ regna beata tuæ?
Dulcis amarities ò felix cura, ſupernæ
Æternùm patriæ dona datura tibi;
Ergo libens celebres mortis meditare Triũphos,
Nec non victrici parta trophæa manu;
Xerxes qui montes ſubuertit,& æquora vaſtò
Robore conſtrauit, iuſſit & eſſe ſolum.
E' ſpecula proprias acies, numerumq; Virorum
Cernens, quot nemo dinumeraſſe queat;
Hęc ait hæc denis bis luſtris agmina noſtra
Sunt importunæ præda futura necis?
Vix hæc Rex ſapiens, caſuque agitatus acerbo
Fleuit pallentes imbre rigante genas;
Ingemit æthereo cui lux non fulſit Olympo
Deflet & Infernis nunc quoque merſus aquis;
Tu lacrymis parces? nec mortis mente reuolues
Tempora? cui ſpondet regna ſuperna Deus?
Mens inſtar tibi ſit ſpeculę:circumſpice Gentes
Conſcia quas olim fama fuiſſe refert;
Dic vbi ſunt priſcis qui Mœdis Iura dedere
Preſſeruntque Arabas Aſsyrioſque Iugo?
Quos coluit Babylõ,ſeu quos Ægyptia Mẽphis?
Arſacidum cecidit gloria clara Ducum;

Hic

Dic vbi Alexander, terræ cui maximus Orbis
 Paruus erat, morti nomen inane iacet;
Æacidas tibi volue animo Regeſque Pelaſgos,
 Heroas Cecropum, belligeroſque Viros,
Altiloquo cui non verſu cantatus Achilles?
 Aſt vbi nunc iaceat quis retuliſſe queat?
Ille Hector patriæ columen, Priamuſq; Pariſq;
 Troiaque? ſunt mortis cuncta vorantis opus:
Lumina fors Sophiæ rabiem effugere cruentam?
 OMNIBVS exemplũ puluis & vmbra iacent.
Suſpice Ariſtotelis mentem, doctumq; Platona,
 Panthoidem ſamium, Socraticumque decus;
Romuleas quis neſcit opes, & fulmina magna,
 Siue velis Armis Eloquioue velis?
Tot Reges, tot Scipiadas, forteſque Camillos,
 Et qui deuicto nomen ab Orbe ferunt?
Per coaceruatas clades inuicta triumphat,
 Ire iaces, felix tu quoque Crœſe iaces.
Dic vbi priſcorum nitidiſſima funera Vatum?
 Vt taceam Tullij dulcè loquentis opes?
OMNIA ſunt cineres, vilis ſunt omnia puluis,
 MORS necat, & mortẽ fallere nemo poteſt;
Dic tecum quò abiere mei proauique atauique,
 Et forſan Patris flebilis vmbra iacet:
Conſule de vita tumulos & conſule templa,
 Naturę leges & ſpeculare tuę;
Luminibus capta eſt, ſurda eſt Mors ferrea, fuſas
 Vt nuſquam videat, percipiatue preces;
OMNES ſeruamur morti, nutrimur, & omnes,
 SVPREMVM nulli fas ſuperare diem:
VITA hominũ ſplendor volucris, fugitiua volu-
 Fulgor, ſpes ſubita mobilitate rapax; (ptas,
Floret, et, ea diu ecce, aperit pulcherrima flores,
 Dixeris occiduos: riſerit illa, necat.

Non

Nô meruẽda bonis tamen eſt mors,fide Tonãti,
Et Cœli munus dixeris eſſe necem;
VIVE Deo, moriere Deo, qui tempus in omne
SCIT ſe victurum, non timet ille mori;
Vnus erit tecum Chriſtus? ſis cętera lętus,
Chriſtus alit mentes, corpora Chriſtus alit;
Qui crebrò quęrit fugientes,& fugit vltrò
Se ſe quęrentes; exitus acta probat;
Indefeſſa ſuum dum Magdala quærit Ieſum;
Ardenter quę non ſponte pericla ſubit?
Terrretur Iudęorum formidine nulla,
Inſolabiliter poſcit vbique Deum:
Vndantes ſilices ſacrato ſanguine Chriſti
Stringit & infigens oſcula mille, gemit,
Ridet Amor,diuin⁹Amor,vimq;addit,& auget,
Hàc properat, volat hàc,itque reditq; vias;
Clamat vbiq; meum quiſ[illegible] dicite, vidit Amantẽ;
Diſcite, nam meus eſt, eſt rediuiuus Amans.
Heu quid agam? quò terrarũ me perdita vertã?
Cogor maiori parte parere mei:
Dia trahit me veſanam, dulciſſime, forma,
Nox mihi nulla venit te ſine, nulla dies,
Teſtes ò montes, ſaltus ante omnia teſtes;
Quos reor ad fletus collacrymaſſe meos;
Reddite vos ſaltem cœleſtia Numina amantẽ
Ille magis dulcis nectare, melle magis:
Incutiat mihi nemo metus aut territeț enſe,
Enſes temnit Amor,deſpicit ille metus.
AVDACEM facit ipſe Deus,per tela per hoſtes,
Mortuus ille mihi eſt,non cupiam ipſa mori?
Chriſtus adeſt querulæ,& quęretẽ ludit,amanti
Factus & eſt Olitor,qui modò Chriſtus erat.
Abnegat audenti tactum: deperdita pallet,
Spernit mœrentem, quam procul eſſe iubet:

Mag-

Magdala amatores alios neglecta require,
Conclamatus Amans effugit ecce tuus;
Claude dies, extincta magis quam viua, beata,
Et cauſam in tumuli marmore cæde necis;
Hic letho occubuit mǫſtiſſima Magdala, Chriſtũ
Amiſſum Dominum dum gemit illa ſuum;
At Samaritanam ſudore aſperſus & æſtu,
Ad puteum expectat, colloquiturq; morans,
Infido monſtrat Thomæ ſua vulnera & vltrò
Orat vt exoręt, poſtulat inde manum;
More Tyrannorum torques, dulciſſime Ieſu?
Eſſe tuus didicit forte tyrannus Amor?
Tu famulos raptas per mille pericula rerum?
Antra domus illis, horrida terra torus?
Gramina ſunt epulæ, ſunt riui nectar aquarum,
Irrequieta quies eſt peramanda quies;
Otia blanda tuos paſcunt, mulcentq; rebelles,
Nulla tuos famulos otia blanda leuant;
Et ſi cui mitis tua pocula dulcia præbes,
Protinus ingrato plena liquore madent.
Palleat omnis amans cecinit præceptor amoris,
Tu mage crudelis, perferat omnis amans:
Ad cædem flammaſque vrges quos diligis, ipſi
Quòque magis tolerant, aſperiora paras?
VOLVEBAM hęc animo, & ferueñti mente ſere-
Æſtus & in toto pectore magnus erat; (bar,
Quando meæ dicto citius Penetrale repoſtum
Splendidius viſum eſt quam fuit antè, domus:
Inſolitam miror lucem, radioſque micantes
Vix circumfuſos lumina victa ferunt:
Aliger ecce Deus mirandus imagine clara,
Armatiſque humeris aurea tela ſonant.
Laſciuus volitat per eburnea colla capillus,
Ardentes roſeo vibrat ab ore faces.

Viuida ſidereas iaculantur lumina flammas,
Lux totus, totus gratia, totus Amor;
Spicula fert habilis dextra tædaſque ſiniſtra,
Robore ſic gemino concremat, atque ferit;
Extimui crineſque mei riguere pauore,
Et gelidum toto pectore frigus erat;
Tollere non oculos auſus tellure iacebam,
Dius Amor roſeo cum dedit ore ſonos.
Surge (metu poſito) Vates meus, exue mœſtum
Pallorem vultu, quaſſaque corda leua;
Cœleſtes canis ardores, & robora noſtri
Arcus? ergo meos concipe mente modos.
Arguis inſolitos mores, ſtultèque tyrannum
Cenſes; factorum nec tibi cauſa patet;
Noſtra forent ſi tela tibi, ſi nota pharetra,
Culparet leges nulla querela meas;
Non mea ſunt hominum quæ reris gaudia, longè
Falleris: in fletu gaudia vera fero.
Qui foris effundit lacrymas, in corde triumphat,
Qui pauper, cœli poſſidet ille bona;
Vita nihil veſtra eſt, nihili facienda, fluente
QVOD manet æternum ſanguine debet emi:
Reddere fælices quos tetra libido videtur,
Poſt obitum Ditis ſquallida regna manent.
SOLA beant æterna Viros, ſunt cætera puluis,
Ducit & horribili ſemita ad aſtra via;
Si PREmitur, non opprimitur fortiſſima Virtus,
DVRI principij finis amænus erit:
Vera tuo hæc, Vates, ſi voluas pectore dicta,
Sæuitiæ cecidit facta querela meæ:
Purpura, regales epulæ, gemmæq; micantes
Rapta volant ægri ſomnia vana velut.
AD VITAM nudus veniſti, nudus abibis,
AT benefacta tibi tempus in omne vigent;

Sed

Sed poſtquam depulſa tua ſunt nubila mente,
Pectore conde libens quæ tibi dicta feram;
Pauca tuis ad dam præceptis intima, laudent
Quæ decantatis ſecla futura modis;
Sumpſi animum, ſolitique genis rediere calores
Alloquiumque Dei eſt, non timuiſſe datum.
Arrectas aures iuſſus mentemq; parani,
Cum pharetratus Amor talia dicta dedit.
Qui fortis noſtros Iuuenis ſectatur amores
Nullis conſumet tempora blanda iocis.
TEMPVS edax rerum volat irreparabile vobis,
Et malè traductum non reuocare licet;
Nil volucre eſt illo mage, nil precioſius illo,
Huic benè conſumpto regna ſuperna patent:
Hoc emitur Cœlum pretio, cur perditur ergo?
QVÆ lucet vobis hora fruenda, fugit:
Et paucis tamen id canitur, conſumitur vltrò
Innumeriſque alitur cauſa doloſa malis;
Tempora falluntur ludis, menſaq; meroq;
Rebus & obſcœnis hora dieſque datur:
OMNIA prædantur tempus, prædantur amici
Anxia cura domus, curia, villa, forum;
Ergo poſthabeat noſtro qui tactus amore eſt
Omnia, nam vincit omnia noſter amor;
Eligat hic prudens etiam doctumq; piumq;
Sponte Ducem, mentis qui ſua fræna regat;
Intima cui nudet latè penetralia cordis,
Cuius ab arbitrio pendeat vſque pio,
Hic doceat ſcrupulos euellere mente nocentes,
Qui quatiunt falſo pectora veſtra metu;
Hic iubeat fæſcenninos odiſſe libellos
Lethiferóſque iocos, blandiloquoſque ſales;
Carmina Peligni vatis ſunt dira venena,
Corrumpunt mentes improbe Galle tua;

Quis

Quis tenerum potuit tutò legiſſe Tibullum?
Et quicquid peſtis Teia muſa vomit?
Non deſunt Vates noſtri fomenta caloris,
Vida miniſtrat opes, dat Raimundus opus;
Quos cecinit verſaſſe potes Prudentius hymnos,
Quos tibi Flamminius, Bencius atq; dedit,
Dulcè canit noſtroſque canit Guiniſius ignes,
Et Bidermanus non niſi ſacra canit:
Sexcentique alij ſcripſerunt carmina Diuûm,
Carmina præſenti digna fauore meo,
Plura quid? hic turpis flãmæ monumẽta cremari
Imperet, huic miſero ſi qua puella dedit;
Scripta relecta mouẽt animos, munimine firmos
Conſtanteſq; licet munera viſa mouent;
Omnia noſter Amans flammis vltricibus vrat,
Dicat & ardoris ſit rogus iſte mei:
Præterea noſtri notet hic effecta caloris,
Pignora quæ veluti deliciaſque colat,
Illa foris partim videat, laudetque tuendo,
Partim magnanimo pectore clauſa latent,
Quæ longum narraſſe foret; maioribus iſto,
Quæ dicam, Vates, percipe, mente vigil:
Quiſquis amet ſeruire mihi, indefeſſus & ardens
Geſtiat in caſtris excubuiſſe meis:
Vni ſponte mihi inuigilet, mihi ſeruiat vni,
SPARSVS Amor ſi ſit, deſpiciendus Amor.
Sponte ſua mihi ſe contemnens cætera totum,
Donet, Riualem non ego ferre queo.
Totum me trado, totum ſe tradat & ille,
Fortis & ardenti pectore ſemper amet;
Ille vir eſt, ego ſum magnus Deus, impare flãma
Vrimur; imparibus non datur æquus Amor;
Vſque tamen quantum poſſit conetur amare,
IN ME nullus Amor debet habere modum:

Hæc

Hac face mortales vſti mortalia temnant,
Et ſe deſpiciant, dum datur igne frui;
Egregios animos dementat viuidus æſtus,
Corpora dementat feruidus ille calor;
Hoc dictum tibi ſit memori indelebile, ſolus
ILLE mihi ſapiet qui ſibi deſipiet.
Innumeræ ſuêre acies ſacra agmina Diuûm,
Caſta puellarum non numeranda cohors!
Quas meus ignis edax vſſit, torſereq; tela,
Dulcia tela nimis, tela beata nimis.
Vnum fama tibi præcunctis mõſtret Amantem,
Eſt Iacoponus amans quẽ meus angit Amor;
Dum iunctim Socij celebrant Natalia Chriſti,
Ille meas clauſo pectore anhelat opes;
Ebrius & felix & Diuûm nectare plenus
Adſis clamat Amor, pectore regnet Amor;
Quò feror inquit, amo, recipit nec pectus amorẽ,
Ah' pereo flammis, ſponte perire iuuat
Cor mihi flãma vorat, bacchatur flãma medullis
Vita vale, morior, vita relicta Vale;
Sic noſtris obijt facibus victurus olympo,
Dum Superis merces clarus olympus erit.
Cerne Columbinum qui noſtros deperit ignes,
Hunc agitant pueri, ſtultaq; turba Virûm;
Implicitus collum laqueo raptatur vbique
Per denſas ſiluas. vulnificoſque rubos;
Fabula villarum tardo vectatur aſello,
Dumque ſapit nobis, deſipuiſſe cupit.
FELICEM mitto & GONZAGAM, lumina A-
Hic tecum ſtuduit, cognitus ille tibi; (moris,
Quæ dicã, mihi crede ferent (mentẽ erige dictis)
Cordi, dum viues, gaudia multa tuo;
Subriſi caput inflectens, venerandus amicos
Ille ſuo tales cum dedit ore ſonos:

Quæ

Quæ ribi ſunt quatuor Natę mea caſtra ſequutę,
Nunc hilares viuunt grata Caterua mihi,
Certatim noſtræ affectant Incendia flammæ,
Et iaculis præbent pectora caſta meis;
Maſcula Franciſcus tuus olim ſola propago,
Quem largo fletu eſt blanda ſecuta parens;
Progenies dilecta mihi mihi militat vni,
Dulcibus & Superûm paſcitur ille cibis;
Te iuuat ah quantũ precibus feruentibus, omnis
Cæli delicijs vt tua vita vacet.
Si facili noſtras modularis carmine leges,
Conueniens muſæ ſit tua vita tuæ;
Quiſquis me quærit linguam q; aureſq;refrænet,
Et bibat aurai myſtica dona meæ;
Notio vix prodeſt, ſed habet dilectio vires,
Quiſquis auet noſtrum noſcere Numen, amet
Luminibus neque laſciuas immittat, habenas,
Sunt plerumq; meæ lumina cauſa fugæ;
Turpi in amore Duces oculi, qui regnat & ipſe
Ah ſcelus obſcæno caſtus ab hoſte fugor;
Caſtus Amans noſtro dicat contentus amore;
Quem teneo Deus eſt, eſt Deus omne bonũ.
Diuitias quæro ? nihil eſt opulentius illo,
Qui redamet ? vocat hic ſemper amore prior;
Munificum ? dotes cæleſtes prodigit vltrò;
Iucundum ? dio ridet in ore Charis:
Conſtantem? rupes veluti ſtat ſaxea, latè
Quam fera ſolliciti verberat vnda maris;
Humanum? omnes admittit, nec reſpuit vllum:
Iurè ſit iratus ? flectitur obſequio:
Forte meum cor qui non dedignetur amare ?
Præbe mi Fili Cor ait ille tuum;
Si lacrymas fundo, lacrymas mihi ſiccat amãter,
QVI tandem quærit præter amare, nihil:

Hęc

Hæc meditetur Amans;ſic optet amoris amores;
Omnia contemnat dum ſibi detur amor ;
Nectaris ille mei guttam poſcatque petatque,
Gutta feros animos flectere ſola poteſt ;
Illa inſtar flammæ vicinam deuorat eſcam, !
Flammaque fit ſubitò quæ grauis eſca fuit:
SIC fit Amatus amans,in Amante & viuit Ama-
Educat vna duos vita, duoſq; beat ; (tus,
Sic animant ſenſus,pariliq; in amore liqueſcunt,
Maior & epoto nectare creſcit amor :
Ceru' auet fontes,& hydrops expoſtulat vndas,
At ſitis eſt maior,qua meus ardet Amans ;
Vis quoque tu noſtris felix langueſcere flammis?
Vulnera ſtent Chriſti pectore fixa tuo :
Vulnera diſquiras, releuent te vulnera feſſum,
Vulnera lambe tibi, vulnera ſuge tibi ;
Si nectar biberis clamaueris ebrius, hæc ſunt
Dulcia lacte magis,dulcia melle magis ;
Clamabis ſtipate roſis; fulcite Hyacinthis !
Nam nimio pectus languet amore meum :
Non eadem tibi mens fuerit,quam ſenſeris antè
Totus eris cœli, nam meus ignis eris ;
Deniq; quiſquis amat noſtros cordatus Amores,
Luxuriem fugiat, luxuriemque fuget,
Eſt meretrix fucata ſuo blandiſſima vultu,
Viſa necem ſpirat, non tibi viſa,ſperit ;
Vinceris aſpiciens perfrictæ lumina frontis,
Lumina ſunt ſtygijs irradiata rogis:
Blanditijs Sampſona ſuis hæc ſtrauit, & vnà
Eluſit docto cum Salomone, Patrem ; (oris,
Chriſtiadū, hùc ventū, vt ſanctus pudor exulet
Vſque adeò Veneri libera facta via eſt :
Ah' Genus indignum Cœlo, Cocytia turba,
Turba Acheronteis excrucianda rogis :

IV.

IVDICII ſi mente diem, exitiumq; ſupremum
Volueret aſſiduè tartareaſque domos:
Sponte voluptates aconitaque melle refuſa
Calcaret, vitæ quæ rapit hora breuis;
Venerit ille dies Iræ, lux venerit illa,
Cum veniæ ſcelerum non locus vllus erit.
IVDICIS Irati vultum nec ferre valebunt,
Vota nihil proſint, nil lacrymaſſe iuuet;
Omnia facta virûm librabit vindice dextra,
Librabit curas, vana q; verba Deus.
Quem meus vrit Amor, ſemper noctuq; diuque
IVDICIVM metuat Iudicijque diem;
Optato ſeu declinet ſua lumina ſomno,
Seu vigilet, terrís ſeu pede carpat iter:
Ænea torpentes latè Tuba concitet aures,
Quæ vocet è tumulis Imperioſa reos:
Oſſa ſibi fingat volitantia quærere priſca
Corpora, ſic cedet flagitioſa Venus:
In medijs geſtit niuibus ſpiniſque rogiſque
Franciſcus, Paphias dum fugat ille faces.
Cerne triumphantē Thomā ardentiq; fugantem
Torre feros motus fæmineoſque dolos;
In glacie Bernarde riges, rigor opprimit æſtus,
Iudicium metuis, fit medicina metus.
Viuat amans, moriatur amās mihi, cætera nugę
VIVERE perpetuum qui mihi ſeruit, habet:
Ille meis manibus ſe ſe commendet, & vltrò
Patronum credat me vigilare ſibi.
Diſceſſurus erat, greſſum vultumq; notabam,
Admota tetigit cum mea labra face,
Atque ait ò Vates facili cane cætera verſu,
Quo lecto fidus ſit mihi ſemper Amans:
His abijt dictis radiorum luce coruſcus
Totamq; æthereo ſparſit odore domum;

Nu-

Numinis igniuomi ſenſi roburque faceſq;
Et numeros promptos ad mea vota magis:
Pauca mihi reſtant, veſtras aduertite mentes
Cœlicolum ſtimulis, quos Deus vrget amor;
Illius effectus taciti eſt lux candida cordis,
Hæc tenebras mentis lampas amica fugat.
His animus radijs cœleſtibus inſtat & vrget,
Lucidiuſque Dei munera miſſa videt,
Inque preces effuſus ait; tu Chriſte cruoris
Me pretio penſas;& nece Chriſte tua;
Addictumque duci ſtygio me ducis Olympo,
Et ſic pro Barathro, regna beata patent.
Dęmonis horribiles ſcio te fregiſſe catenas.
Quæ fuerant animę ferrea vincla meæ:
DITIS & in fauces iam iam lapſurus amantes
Seruor,& ad Superos tu mihi pandis iter;
Viuenti nigro tenebrarum carcere merſo
Affulſit nitida ſplendor ab arce tuus,
Quo te iam notum fas eſt ardenter amare,
Æternùmque datur ſpes mihi poſſe frui;
Membratim prius abſcindar crudeliter,vltrò
Tradar & Hyrcanis pręda voranda feris;
Quā te dulcis Amor minimo vel crimine lędā,
Aut mentem noxis contemeraſſe velim.
Vt tibi gratificer, quas rixas mouerit hoſtis,
Et falſas fraudes multipliceſque dolos,
Amplectar veluti certi tua pignora amoris,
Hoſtis nullus erit, qui mihi damna ferat;
Hoc Patri tua verba docent effuſa trabali
Stipite,fixit Amor dum tua membra Cruci,
Hac Stephanus molitus iter;Gualberte ſecutum
Fortiter hunc morem te quoq;Chriſtus amat.
Vindictam vis eſſe tuam,Victoria vinci eſt;
Me cędat quiſquis, conticuiſſe iuuet;

At

At quando, dilecte Deo, lux fulſit olympo,
Menſq; tua eſt niuibus candida facta magis:
Pectore fige tuo quæ dicam: nulla retardet
Te mora, nam magni ſunt facienda tibi;
Quicquid amás Deus omnipotẽs largitur amãti
Non donum eſt, merces ſed cupienda viris,
Si merces, meritis tribuenda laboribus, illam
Ergo ſuis factis qu meruere, ferunt.
Hoc animo fixum ſteterit? meruiſſe iuuabit,
Nullus erit ſudor, qni remoretur iter,
Indefeſſus ages alas Amor addet eunti,
ET QVO non ducet ſemita ducet Amor:
Perpetuò properat, qui te vult perdere, tecum,
Sæuus & ad palmam tendit vbique ſuam.
Roboris ah' quantum victor capit ille, redit que
Acrior ad bellum tela timenda parans;
Si cecidiſſe vides, redimas tua damna gemendo,
Et renoues forti fortia bella manu;
Auxilium tibi poſce Dei, ſtat promptus amanti,
Pugna, hoſtes dederit perdomuiſſe tuos,
Victorem excipiet; nihil eſt humanius illo,
Oblitumque tuæ ſenſeris eſſe fugæ;
Fide Deo, Superùm ſic mens ab amore reuiuet,
Surgere vt æſtiuis imbribus herba ſolet;
At ſi ceſſit amor, veteres abiere calores,
Et niue frigidius ſit tibi pectus iners:
Deſine mirari, hoc opus eſt cœleſtis amantis,
Crede mihi, ſeruat te, variando vices.
TÆDIA dulce parit; ſucco recreamur amaro;
AVRA nimis puppes perdit amica ſuas;
RARA repulſa pigros ſæpe irritauit amores,
Alternas artes tolle, ſeneſcet amor;
Sol etiam radios nonnumquam cælat amãdos,
Vt face mox terris lucidiore micet:

Hæc meditetur Amans;ſic optet amoris am
Omnia contemnat dum ſibi detur amor
Nectaris ille mei guttam poſcatque petatq
Gutta feros animos flectere ſola poteſt;
Illa inſtar flammæ vicinam deuorat eſcam,
Flammaque fit ſubitò quæ grauis eſca fu
SIC fit Amatus amans,in Amante & viuit A
Educat vna duos vita, duoſq; beat; (
Sic animant ſenſus,pariliq; in amore liqueſc
Maior & epoto nectare creſcit amor:
Ceruꝰ auet fontes,& hydrops expoſtulat vn
At ſitis eſt maior,qua meus ardet Amans
Vis quoque tu noſtris felix langueſcere flam
Vulnera ſtent Chriſti pectore fixa tuo:
Vulnera diſquiras,'releuent te vulnera feſſu
Vulnera lambe tibi, vulnera ſuge tibi;
Si nectar biberis clamaueris ebrius, hæc ſun
Dulcia lacte magis,dulcia melle magis;
Clamabis ſtipate roſis;'fulcite Hyacinthis.
Nam nimio pectus languet amore meum
Non eadem tibi mens fuerit,quam ſenſeris a
Totus eris cœli, nam meus ignis eris;
Deniq; quiſquis amat noſtros cordatus Amo
Luxuriem fugiat, luxuriemque fuget,
Eſt meretrix fucata ſuo blandiſſima vultu,
Viſa necem ſpirat, non tibi viſa,ſperit;
Vinceris aſpiciens perfrictæ lumina frontis,
Lumina ſunt ſtygijs irradiata rogis:
Blanditijs Sampſona ſuis hæc ſtrauit, & vnà
Eluſit docto cum Salomone, Patrem; (
Chriſtiadū, hùc ventū, vt ſanctus pudor ex
Vſque adeò Veneri libera facta via eſt:
Ah' Genus indignum Cœlo, Cocytia turb
Turba Acheronteis excrucianda rogis:
I

IVDICII [illegible]
Volucres [illegible]
Sponſe [illegible]
Calcare, [illegible]
Veneris [illegible]
Cum [illegible]
IVDICIS [illegible]
Vota [illegible]
Omnia facta [illegible]
Librabis [illegible]
Quem [illegible]
IVDICIVM [illegible]
Optato ſeu [illegible]
Seu vigiles, [illegible]
Ænea [illegible]
Quæ vocem [illegible]
Oſſa ſibi [illegible]
Corpora, [illegible]
In medijs [illegible]
Franciſcus, [illegible]
Cerne [illegible]
Torre [illegible]
In glacie [illegible]
Iudicium [illegible]
Viuat [illegible]
VIVERE [illegible]
Ille meis [illegible]
Patronum [illegible]
Diſceſſuros [illegible]
Admota [illegible]
Atque ait ô [illegible]
Quo lecto [illegible]
His abijt [illegible]
Totaque [illegible]

edite ſegne
eratur Amo
ſcere; ſemp
tit;
na venis?
Amor?
la calori,
le feras.
iuis amād
e Deum;
æris Ieſun
re tuo;
vnus ama
r;
re toto,
mque bo
pilli,
legit;
umat aren
it opus:
ia rerum,
q; Deo;
voluptas,
Amor.
nice Chriſt
e iuuat;
abula quæ
are potes;
de,
elis;
s vt ignes,
ret Amor.
icula Amor
es;

Sed poſtquam depulſa tua ſunt nubila mente,
Pectore conde libens quæ tibi dicta feram;
Pauca tuis ad dam preceptis intima, laudent
Quæ decantatis ſecla futura modis;
Sumpſi animum, ſolitique genis rediere calores
Alloquiumque Dei eſt, non timuiſſe datum.
Arrectas aures iuſſus mentemq; parani,
Cum pharetratus Amor talia dicta dedit.
Qui fortis noſtros Iuuenis ſectatur amores
Nullis conſumet tempora blanda iocis.
TEMPVS edax rerum volat irreparabile vobis,
Et malè traductum non reuocare licet;
Nil volucre eſt illo mage, nil precioſius illo,
Huic benè conſumpto regna ſuperna patent:
Hoc emitur Cœlum pretio, cur perditur ergo?
QVÆ lucet vobis hora fruenda, fugit:
Et paucis tamen id canitur, conſumitur vltrò
Innumeriſque alitur cauſa doloſa malis;
Tempora falluntur ludis, menſaq; meroq;
Rebus & obſcœnis hora dieſque datur:
OMNIA prædantur tempus, prædantur amici
Anxia cura domus, curia, villa, forum;
Ergo poſthabeat noſtro qui tactus amore eſt
Omnia, nam vincit omnia noſter amor;
Eligat hic prudens etiam doctumq; piumq;
Sponte Ducem, mentis qui ſua fræna regat;
Intima cui nudet latè penetralia cordis,
Cuius ab arbitrio pendeat vſque pio,
Hic doceat ſcrupulos euellere mente nocentes,
Qui quatiunt falſo pectora veſtra metu;
Hic iubeat fæſcenninos odiſſe libellos
Lethiferoſque iocos, blandiloquoſque ſales;
Carmina Peligni vatis ſunt dira venena,
Corrumpunt mentes improbe Galle tua;

Quis

Quis tenerum potuit tutò legiſſe Tibullum?
Et quicquid peſtis Teia muſa vomit?
Non deſunt Vates noſtri fomenta caloris,
Vida miniſtrat opes, dat Raimundus opus;
Quos cecinit verſaſſe potes Prudentius hymnos,
Quos tibi Flamminius, Bencius atq; dedit,
Dulcè canit noſtroſque canit Guiniſius Ignes,
Et Bidermanus non niſi ſacra canit:
Sexcentique alij ſcripſerunt carmina Diuûm,
Carmina præſenti digna fauore meo,
Plura quid? hic turpis flãmæ monumẽta cremari
Imperet, huic miſero ſi qua puella dedit;
Scripta relecta mouẽt animos, munimine firmos
Conſtanteſq; licet munera viſa mouent;
Omnia noſter Amans flammis vltricibus vrat,
Dicat & ardoris ſit rogus iſte mei:
Præterea noſtri notet hic effecta caloris,
Pignora quæ veluti deliciaſque colat,
Illa foris partim videat, laudetque tuendo,
Partim magnanimo pectore cauſa latent,
Quæ longum narraſſe foret; maioribus inſto,
Quæ dicam, Vates, percipe, mente vigil:
Quiſquis amet ſeruire mihi, indefeſſus & ardens
Geſtiat in caſtris excubuiſſe meis:
Vni ſponte mihi inuigilet, mihi ſeruiat vni,
SPARSVS Amor ſi ſit, deſpiciendus Amor;
Sponte ſua mihi ſe contemnens cætera totum,
Donet, Riualem non ego ferre queo.
Totum me trado, totum ſe tradat & ille,
Fortis & ardenti pectore ſemper amet;
Ille vir eſt, ego ſum magnus Deus, impare flãma
Vrimur; imparibus non datur æquus Amor;
Vſque tamen quantum poſſit conetur amare,
IN ME nullus Amor debet habere modum:

Hac face mortales vſti mortalia temnant,
Et ſe deſpiciant, dum datur igne frui;
Egregios animos dementat viuidus æſtus,
Corpora dementat feruidus ille calor;
Hoc dictum tibi ſit memori indelebile, ſolus
ILLE mihi ſapiet qui ſibi deſipiet.
Innumeræ ſuſſere acies ſacra agmina Diuùm,
Caſta puellarum non numeranda cohors:
Quas meus ignis edax vſſit, torſereq; tela,
Dulcia tela nimis, tela beata nimis.
Vnum fama tibi præcunctis mõſtret Amantem,
Eſt Iacoponus amans quẽ meus angit Amor;
Dum iunctim Socij celebrant Natalia Chriſti,
Ille meas clauſo pectore anhelat opes;
Ebrius & felix & Diuùm nectare plenus
Adſis clamat Amor, pectore regnet Amor;
Quò feror inquit, amo, recipit nec pectus amorẽ,
Ah'pereo flammis, ſponte perire iuuat
Cor mihi flãma vorat, bacchatur flãma medullis
Vita vale, morior, vita relicta Vale;
Sic noſtris obijt facibus victurus olympo,
Dum Superis merce s clarus olympus erit.
Cerne Columbinum qui noſtros deperit ignes,
Hunc agitant pueri, ſtultaq; turba Virùm;
Implicitus collum laqueo raptatur vbique
Per denſas ſiluas. vulnificoſque rubos;
Fabula villarum tardo vectatur aſello,
Dumque ſapit nobis, deſipuiſſe cupit.
FELICEM mitto & GONZAGAM, lumina Amoris,
Hic tecum ſtuduit, cognitus ille tibi;
Quæ dicã, mihi crede, ferent (mentẽ erige dictis)
Cordi, dum viues, gaudia multa tuo;
Subriſi caput inflectens, venerandus amicos
Ille ſuo tales cum dedit ore ſonos:

Quæ

Quæ tibi ſunt quatuor Natę mea caſtra ſequutę,
Nunc hilares viuunt grata Caterua mihi,
Certatim noſtræ affectant Incendia flammæ,
Et iaculis præbent pectora caſta meis;
Maſcula Franciſcus tuus olim ſola propago,
Quem largo fletu eſt blanda ſecuta parens;
Progenies dilecta mihi mihi militat vni,
Dulcibus & Superùm paſcitur ille cibis;
Te iuuat ah'quantũ precibus feruentibus, omnis
Cæli delicijs vt tua vita vacet.
Si facili noſtras modularis carmine leges,
Conueniens muſæ ſit tua vita tuæ;
Quiſquis me quærit linguam q; aureſq;refrænet,
Et bibat aurai myſtica dona meæ;
Notio vix prodeſt, ſed habet dilectio vires,
Quiſquis auet noſtrum noſcere Numen, amet
Luminibus neque laſciuas immittat, habenas,
Sunt plerumq; meæ lumina cauſa fugæ;
Turpi in amore Duces oculi, qui regnat & ipſe
Ah ſcelus obſcæno caſtus ab hoſte fugor;
Caſtus Amans noſtro dicat contentus amore;
Quem teneo Deus eſt, eſt Deus omne bonũ.
Diuitias quæro? nihil eſt opulentius illo,
Qui redamet? vocat hic ſemper amore prior;
Munificum? dotes cæleſtes prodigit vltrò;
Iucundum? diô ridet in ore Charis:
Conſtantem? rupes veluti ſtat ſaxea, latè
Quam fera ſolliciti verberat vnda maris;
Humanum? omnes admittit, nec reſpuit vllum:
Iurè ſit iratus? flectitur obſequio:
Forte meum cor qui non dedignetur amare?
Præbe mi Fili Cor ait ille tuum;
Si lacrymas fundo, lacrymas mihi ſiccat amãter,
QVI tandem quærit præter amare, nihil:

Hæc meditetur Amans; ſic optet amoris amores;
Omnia contemnat dum ſibi detur amor;
Nectaris ille mei guttam poſcatque petatque,
Gutta feros animos flectere ſola poteſt;
Illa inſtar flammæ vicinam deuorat eſcam,
Flammaque fit ſubitò quæ grauis eſca fuit:
SIC fit Amatus amans, in Amante & viuit Ama-
Educat vna duos vita, duoſq; beat; (tus,
Sic animant ſenſus, pariliq; in amore liqueſcunt,
Maior & epoto nectare creſcit amor:
Ceru' auet fontes, & hydrops expoſtulat vndas,
At ſitis eſt maior, qua meus ardet Amans;
Vis quoque tu noſtris felix langueſcere flammis?
Vulnera ſtent Chriſti pectore fixa tuo:
Vulnera diſquiras, releuent te vulnera feſſum,
Vulnera lambe tibi, vulnera ſuge tibi;
Si nectar biberis clamaueris ebrius, hæc ſunt
Dulcia lacte magis, dulcia melle magis;
Clamabis ſtipate roſis, fulcite Hyacinthis,
Nam nimio pectus languet amore meum:
Non eadem tibi mens fuerit, quam ſenſeris antè
Totus eris cœli, nam meus ignis eris;
Deniq; quiſquis amat noſtros cordatus Amores,
Luxuriem fugiat, luxuriemque fuget,
Eſt meretrix fucata ſuo blandiſſima vultu,
Viſa necem ſpirat, non tibi viſa, perit;
Vinceris aſpiciens perfrictæ lumina frontis,
Lumina ſunt ſtygijs irradiata rogis:
Blanditijs Sampſona ſuis hæc ſtrauit, & vnà
Eluſit docto cum Salomone, Patrem; (oris,
Chriſtiadū, hùc ventū, vt ſanctus pudor exulet
Vſque adeò Veneri libera facta via eſt:
Ah' Genus indignum Cœlo, Cocytia turba,
Turba Acheronteis excrucianda rogis:

IVDICII ſi mente diem, exitiumq; ſupremum
Volueret aſſiduè tartareaſque domos:
Sponte voluptates aconitaque melle refuſa
Calcaret, vitæ quæ rapit hora breuis;
Venerit ille dies Iræ, lux venerit illa,
Cum veniæ ſcelerum non locus vllus erit.
IVDICIS Irati vultum nec ferre valebunt,
Vota nihil proſint, nil lacrymaſſe iuuet;
Omnia facta virùm librabit vindice dextra,
Librabit curas, vanaq; verba Deus.
Quem meus vrit Amor, ſemper noctuq; diuque
IVDICIVM metuat Iudicijque diem;
Optato ſeu declinet ſua lumina ſomno,
Seu vigilet, terrís ſeu pede carpat iter:
Ænea torpentes latè Tuba concitet aures,
Quæ vocet è tumulis Imperioſa reos:
Oſſa ſibi fingat volitantia quærere priſca
Corpora, ſic cedet flagitioſa Venus:
In medijs geſtit niuibus ſpiniſque rogiſque
Franciſcus, Paphias dum fugat ille faces.
Cerne triumphantē Thomā ardentiq; fugantem
Torre feros motus fæmineoſque dolos;
In glacie Bernarde riges, rigor opprimit æſtus,
Iudicium metuis, fit medicina metus.
Viuat amans, moriatur amās mihi, cætera nugę
VIVERE perpetuum qui mihi ſeruit, habet:
Ille meis manibus ſe ſe commendet, & vltrò
Patronum credat me vigilare ſibi.
Diſceſſurus erat, greſſum vultumq; notabam,
Admota tetigit cum mea labra face,
Atque ait ò Vates facili cane cætera verſu,
Quo lecto fidus ſit mihi ſemper Amans:
His abijt dictis radiorum luce coruſcus
Totamq; æthereo ſparſit odore domum;

Numinis igniuomi ſenſi roburque faceſq;
Et numeros promptos ad mea vota magis:
Pauca mihi reſtant, veſtras aduertite mentes
Cœlicolum ſtimulis, quos Deus vrget amor;
Illius effectus taciti eſt lux candida cordis,
Hæc tenebras mentis lampas amica fugat.
His animus radijs cœleſtibus inſtat & vrget,
Lucidiuſque Dei munera miſſa videt,
Inque preces effuſus ait; tu Chriſte cruoris
Me pretio penſas;& nece Chriſte tua;
Addictumque duci ſtygio me ducis Olympo,
Et ſic pro Barathro, regna beata patent.
Dęmonis horribiles ſcio te fregiſſe catenas.
Quæ fuerant animę ferrea vincla meæ:
DITIS & in fauces iam iam lapſurus amantes
Seruor,& ad Superos tu mihi pandis iter;
Viuenti nigro tenebrarum carcere merſo
Affulſit nitida ſplendor ab arce tuus,
Quo te iam notum fas eſt ardenter amare,
Æternùmque datur ſpes mihi poſſe frui;
Membratim prius abſcindar crudeliter,vltrò
Tradar & Hyrcanis prędā voranda feris;
Quā te dulcis Amor minimo vel crimine lędā,
Aut mentem noxis contemeraſſe velim.
Vt tibi gratificer, quas rixas mouerit hoſtis,
Et falſas fraudes multipliceſque dolos,
Amplectar veluti certi tua pignora amoris,
Hoſtis nullus erit, qui mihi damna ferat;
Hoc Patri tua verba docent effuſa trabali
Stipite,fixit Amor dum tua membra Cruci,
Hac Stephanus molitus iter;Gualberte ſecutum
Fortiter hunc morem te quoq;Chriſtus amat.
Vindictam vis eſſe tuam,Victoria vinci eſt;
Me cędat quiſquis, conticuiſſe iuuet;

At

At quando, dilecte Deo, lux fulſit olympo,
Menſq; tua eſt niuibus candida facta magis:
Pectore fige tuo quæ dicam: nulla retardet
Te mora, nam magni ſunt facienda tibi;
Quicquid amãs Deus omnipotẽs largitur amãti
Non donum eſt, merces ſed cupienda viris,
Si merces, meritis tribuenda laboribus, illam
Ergo ſuis factis qu meruere, ferunt.
Hoc animo fixum ſteterit? meruiſſe iuuabit,
Nullus erit ſudor, qui remoretur iter,
Indefeſſus ages alas Amor addet eunti,
ET QVO non ducet ſemita ducet Amor:
Perpetuò properat, qui te vult perdere, tecum,
Sæuus & ad palmam tendit vbique ſuam.
Roboris ah' quantum victor capit ille, redit que
Acrior ad bellum tela timenda parans;
Si cecidiſſe vides, redimas tua damna gemendo,
Et renoues forti fortia bella manu;
Auxilium tibi poſce Dei, ſtat promptus amanti,
Pugna, hoſtes dederit perdomuiſſe tuos,
Victorem excipiet; nihil eſt humanius illo,
Oblitumque tuæ ſenſeris eſſe fugæ;
Fide Deo, Superùm ſic mens ab amore reuiuet,
Surgere vt æſtiuis imbribus herba ſolet;
At ſi ceſſit amor, veteres abiere calores,
Et niue frigidius ſit tibi pectus iners:
Deſine mirari, hoc opus eſt cœleſtis amantis,
Crede mihi, ſeruat te, variando vices.
TÆDIA dulce parit; ſucco recreamur amaro;
AVRA nimis puppes perdit amica ſuas;
RARA repulſa pigros ſæpe irritauit amores,
Alternas artes tolle, ſeneſcet amor;
Sol etiam radios nonnumquam cælat amãdos,
Vt face mox terris lucidiore micet:

Perfer & expecta,precibuſq; inſtanter adurge,
Firmatoſque animos experiatur amans:
Experiatur Amans venturi robora belli,
Inque ſuo tacitus gaudeat ille ſinu :
Nec pigeat te lacrymulas fudiſſe tepentes,(mās:
LACRYMVlæ obſequio flectitur omnis a-
Fleueris,extemplò ſiccabit flentis ocellos,
Et dederit plena gaudia vera manu ;
COELEſtis mage ſit dulcis dilata Voluptas;
Suſtentata tibi Gaudia læta magis; (mantem,
Tolle omnem maculæ labem,& complectere a-
Stringe tuis vlnis, brachia pandit Amans:
Militiæ ſpecies Amor eſt: perferre negabis?
Sanguineos riuos fundet & ille Cruce?
Non graue conſtanter mala ſit quæcūq; tuliſſe,
Qui mala multa tulit, plura tuliſſe velit;
Hoc iunctim nodo Chriſto ſtringeris amato,
Atque breui fies totus Amantis amor;
Hic auſim præceptorum recludere fontes,
Non opus eſt fluuijs,lintea pando mari:
Tempore duret amor longo,coniunctus Amato
Quo viues toto tempore,duret amor;
Perſtabit,lanies crebro ſi membra flagello,
Vdaque ſanguineo tergore roret humus.
Vota,preces,brumæ aſperitas flammæq; leonis,
Crebra fames, fauces tuſſis anhela premens,
Setoſæ veſtes, ferro inſertæque catenæ
Auri contemptus, plurima pœna,dolor;
Ambroſiæ ſunt,diuini ſunt nectar Amoris,
NON DATVR è terris mollis ad aſtra Via.
Quiſquis amat lentè, nomen deponat Amātis,
SEGNITIE tantus dedecoratur honor;
Diſpereat quiſquis torpentem dixit amorem
OCIA diuiſus ducere neſcit Amor;

CA-

CARO emitur Coelũ, caſtris diſcedite ſegnes,
NON Amor eſt, ſi non dura operatur Amor
Ignea vis nuſquam potis eſt requieſcere;ſemper
Actaque præteriens vlteriora petit;]
Languidulis tibi vis ſerpit dulciſſima venis?
Eſtque tuus nulla labe notandus Amor?
Ah'pateant iam concepto tua corda calori,
Mille faces conſtans,ſpicula mille feras.
NON tuus es, vitam ſed Amanti viuis amãdo,
Viue Deo & tota concipe mente Deum;
Immemor eſto tui, ſolum dum quæris Ieſum;
VIVERE nam ſolus vult in amore tuo;
RIVAlem haud vllũ patitur,cupit vnus amari,
Te ſibi ſi fecit,ſit tuus vnus Amor;
Deditus ergo Deo totus,dic pectore toto,
Sint procul hinc Mundi qualiacumque bona;
Oblectent alios gemmæ Eoique lapilli,
Quos ab erythræo littore nauta legit;
Seu quas fulgidulas Hermus deſpumat arenas;
Seu quod de lybico dente niteſcit opus:
Eſte procul ſenſus humiles & inania rerum,
Iam cœlo fruimur,corda calentq; Deo;
O'ſapor, ò dulcedo bonis, ò cara voluptas,
O'bonitas ingens, ò mihi dulcis Amor.
Quid vis vt faciã tua ſum præda vnice Chriſte?
NON potuiſſe piget,ſed voluiſſe iuuat;
Quæ iubeas,ego ſpõte velim; tua pabula quærit
Mens mea, quam ſolus tu ſaturare potes;
His dictis tibi currenti calcaria ſubde,
Segnes his animos increpuiſſe velis;
Extremum ſit præceptum iaculeris vt ignes,
Ignes,queis tecum ſemper oberret Amor.
Vota forum non excludit,ſunt ſpicula Amoris.
In lecto recubas,eiaculare preces;

Colloquium breue cùm Diuis Diuûmq; Parẽte
Eſt Iaculum, Iaculis ſemper abundet amor :
Curia te poſcit, non curia pellit amores,
Rura petis ? Superûm te comitetur amor,
Ante tuos oculos cœleſtis viuat Imago,
Siue domi vigilas, ſeu pede carpis iter ;
Videris in templis pendentem ſtipite Chriſtum,
Dic meus abſciſſo corpore languet Amans ;
Videris ad ſaxum religatum brachia Chriſtum,
Dic pro me Chriſtus vulnera mille tulit ;
Solueris in ſomnũ, moribũdũ amplectere Amã
Quæ poterit requies dulcior eſſe tua ? (tem,
Exurgis? venerare tuum Dominumque Ducẽq;
Oſcula quærit Amans ? oſcula fige Deo :
Vndique mille tibi cauſæ naſcentur Amoris,
OMNIbus & cauſis ſe tuus aptet amor ;
Fortis ama, nec lentus ama, calet ignis ab igne,
Ignibus Inuenies nomina mille tuis ;
Corde tege: obductꝰ flãmis magis æſtuat ardor
VVLT ſua celari Gaudia diuus Amor:
Diuus Amor plectro allicitur cũ carmine blãdo,
Nã quoq; Cœlicolæ dulcia plectra mouent:
Sit mihi FRANCISCVS teſtis, quẽ fortius vnũ
Sanctus Amor dulci torruit vſque face ;
In flammas ierat totus, conſumptus amore,
Frigore membra rigent, corpore vita volat;
Ingemit & crebris ſingultibus æthera replet,
Nulla quies, trepidant viſcera, raptus hiat;
Quæ recreaſſe queat moriẽtem Muſica vox eſt,
Exanimes artus plectra ſonora leuent,
Vota Deum mouere, lyram qui pollice tentet
Cœleſti Fidicen miſſus ab arce venit.
Qui ſolito tetigit vix ſacras pectine chordas,
Fudit & æthereo carmine dulce melos ;

Cum

Cũ recreatus amãs Diuûmq;agitatus ab œſtro,
Ah' ſatis eſt, clamat, parce, cado, ſatis eſt;
Cœlica cui ſunt Cæciliæ non organa nota?
Æmula ſidereis cantibus illa fuit;
Carmina demulcẽt quod nõ Dauidica pectus?
Nablia ſiue velis,ſiue agitare lyras?
Ergo iurè tibi langueſcant pectora cantu,
Afflatumq; animum ſidera tolle ſuper:
Tum niſi getulas vincas feritate leænas,
Senſeris æthereo corda calore premi;
Nec te Sicanius flammauerit acrius æſtus,
Perpetuos ignes torrido ab ore vomens;
Quàm tædis diuinus Amor feruentibus vrat
Siue tuos ſenſus, viſcera ſiue tua.
Interea (ſuſcepti operis nã Meta propinqua eſt)
Quæ dicam ſtabili mente repoſta foue,
Integritas vitæ firmum tibi reddet Amantem,
Si caſtum caſto vincula ſacra ligent.
Nix Amor eſt;quid candidius niue dixeris eſſe?
Quæ minima quauis labe notata, nigra eſt:
Eſt idem Speculum afflata quod læditur aura;
Eſt Roſa, quæ tactu languida facta cadit:
Vt ſimilis caſto penitus reddaris Amanti,
Sis Roſa,Nix, Speculum, dum tibi vita viget;
Talis vt exiſtas & degas tempus in omne,
SVB dape Cœleſti ſit tibi menſa Deus:
Crebrò paſce animam, Dilectum pariter arde,
Sic ab amante tuo ſemper amere Deo.
Factus Amans eſt Eſca tibi, vt te nutriat Eſca,
Sume ſacrã,& iunctim viue in Amãte,dapẽ.
Intempeſtiuæ timeas nec ſpicula mortis,
NAM mors eſt requies diſcupienda bonis;
Verus Amor quodcũq;moræ,quodcũq; recuſat
Diſſidij,& ſtabiles imperat eſſe ſuos;

Mitibus ergo volens offer præcordia flammis,
Nec metuas ignes ſollicitare tuos :
Ne pereas, tibi ſponte peri,ſed amore peruſtus,
Haud aliter Phænix ſtat rediuiua rogo.
Prōptus amās,venerādus amās eſt dulcis Ieſus,
Pectore magnanimo ſemper amandus amās;
Hos inter motus animi diroſque calores,
Si potis es falſis imbribus ora riga.
Atque inter lacrymas & ſingultantia verba,
Fuſus humi tales profer ab ore ſonos.
Ite pij rores oculis, lacrymæ ite decoræ,
Quas creat atq; foras rumpere cogit Amor;
ILLAqueatur Amor lacrymis, ſaturatur & iiſ- (dē;
NEC lacrymis nectar dulcius ille bibit.
Quis vetet ergo mihi fletus effundere? quiſue
Ah'tentet riuos diminuiſſe meos?
EST QVÆDAM iucunda reo plorare voluptas,
Dum maculas deflet quis ſine fine ſuas;
Quot fundo ſtillas, tot ſunt dominantis amoris
Spicula; multa fero vulnera: plura rogo:
Te totum largire mihi dulciſſime Chriſte,
Tu mea flamma Deus,tu meus ardor ades;
Me Paradiſiaci perfundas ſæpe liquore
Luminis aut ſi quid dulcius eſſe queat:
O'requies animi, ſpes, ò lux,vnica vita,
O'Deus, ò pietas,vis,via, Numen, Amor:
Ah'iaculis me fige tuis, ah'vulnere paſce,
Quàmque ſatur fiam,tàm cupiam eſſe ſatur.
Sordet humꝰ,mihi liuet honor, nil demoror au- (rũ,
Dum calet ęthereo pectus amore meum:
Omnia contemno, me longùm viuere tædet,
Deſpicio quicquid Veſper & Ortus habent;
Da mihi flāmiuomo vt totus conſumer amore,
Semper & in lacero corde triumphet amor;

Tor-

Torrear aſſiduè, populetur flamma medullas,
Et iaceam nulla reſtituendus ope;
Hoc vnum poſco, diuino ab amore perurar,
Siue ſolum ipſe premã, ſeu premar ipſe ſolo,
Ergo veni mea flamma veni, mea labere flãma,
Thuricremo qualis cera ſub igne cado;
Blanda veni, roſeis furabor baſia labris,
Baſia nectareis anteferenda fauis.
Sola beas animos iaculando ſpicula crebrò,
Crebrò animos facto vulnere ſola beas;
Tu famulo non ſoluendas mihi necte catenas,
Illaquea promptas, ſum tua præda, manus;
Vicit iò diuinus Amor, date corda cremanda,
Plaudat iò, Vatis quiſquis ab arte flagrat.
Carmen habet finem: flammis radiata Tonãtis
Pectora præceptis obſequioſa meis,
Viuite Cœlicolum diuino viuite Amori,
Poſt obitum merito perfruitura Deo:
Atque triũphatis ſpolijs inſcribite, ſacras (OPES
COELESTIS FLAMMÆ GVIDO canebat

FINIS.

DE ARTE AMANDI VIRGINEM

Libri Tres.



EXCELLENTISS.
SENATVI.

SVO parendum Principi natura docet, leges præcipiunt, imperat Deus, En igitur promptus ad veſtræ Munificẽtiæ aram, vt par eſt, procumbo. Vos quatuor ab hinc annis meo opere de Arte Amandi Deum perlibenter excepto, hoc idem de Amanda Virgine nondum comptum neq; expolitum veſtro honorificentiſſimo Senatus Conſulto & maxima cum animi mei geſtientis lætitia vobis addixiſtis: Proferendi in lucem tempus diſtuli, vt libri paulò limatiores veſtro nobiliſſimo ſe dignos præſtarent aſpectu. Prodeunt ergo hoc tempore quia vobis ita imperantibus

publico excuſi ſunt ære, vt Vniuerſus noſcat Orbis veſtrum de ijſdem Iudicium nullo pacto decipi potuiſſe, Ternario numero Superi gaudent, cum in omnibus rebus auſpicatiſſimus eſſe cenſeatur: Ego ab hoc ritu longè non abeo, cum hoc Tertium ſit donarium vobis noſtræ Libertatis propugnatoribus acerrimis oblatum: Quidquid id eſt hilari excipite fronte, Vatemq; veſtrum quadragenaria ſupra ſtipendia vobis merentem eodem Patrocinio proſequimini. Sic Virgo verè libera, cuius Encomia mihi in his libellis propoſita fuerunt celebranda, vos veſtroſque poſteros in omnem conſeruet liberos æternitatem.

Seruus humillimus

Guido Vanninus I.C.& Eques.

DE ARTE AMANDI VIRGINEM LIBER PRIMVS.

Auctore Guidone Vanninio I.C. & Eq.

DICTE mihi cæleſtis Amor Genitricis amorem.
Carmine conanti pandere dexter ades:
Hic tua res agitur, tua res Sanctiſſima Virgo
Dilectæ Nato eſt gloria Matris honor:
Intemerata Parens dubias rege vatis habenas,
Nam ſine te numeri, te ſine Muſa iacet:
Difficile eſt quod ſurgit opus, nec qua ſit eũdũ
Præuia ſuſceptum ſemita monſtrat iter:
Arriſiſſe tibi commercia carminis alto
Pectore teſtantur carmina fuſa tuo:
Quæ latijs translata modis cantantur vbiq;
Et reſonant feſtis omnia templa ſonis;
Ergo tuo Vates vati ſuccurre labanti,
Dextraq; ſollicitos excute corde metus:
Nos artem canimus, qua poſſis feruidè amari,
Ars eſt quæ dubias pandit amica vias:
Ars valet in ſacris, mira quoque diceris arte,
Transfixiſſe ſui pectus amantis amans;

Clã-

Clamat amans oculus tuus ò pulcherrima rerũ
Hæſit in ardenti corde ſagitta meo:
Arte Deum ſi cæpiſti, capiaris ab illa,
Arte docendus amor, arte fruendus amor:
Ad mea Lucenſes Iuuenes præcepta venite,
Virgineus quorum pectora candor agit:
Nam licet immenſo mea muſa inſeruiat orbi,
Eſtis Vos animi cura repoſta mei:
Artem cæleſtis docui vos nuper Amantis,
Accipite elicitas à Genitrice faces:
Propoſitum ſoletur opus me dura ferentem,
Triſtibus & merſum nocte dieq; malis:
Excita dum barathri tenebris & ſulphure Ditis
Vndiq; bacchatur prodigioſa lues;
Atra lues horrenda lues, quæ funera paſſim
Spargit funeſto ſanguinolenta gradu:
Aggeritur nato genitor, nutrixq; puerq;
Dumq; vocat patrem filia, vita volat:
Subueniſſe velit matri ſi nata cadenti,
Aut properat natam ſi releuaſſe parens:
Heu cecidere ambæ, atq; animas ſimul efflauere;
Abſcindat quis non vngue rigente genas?
Omnia conantur quibus eſt SOTERIA curæ,
Blanda quibus longum eſt inuigilaſſe quies:
Innumeras trepidi curaſq; metuſq; SENATVS
Munificaſq; manus quis numerare queat?
Congeſtas effundit opes, ſoletur vt ægros,
Omnibus & verè ſe probat eſſe Patrem:
Parce Deus, tandéq; graues compeſce furores,
Turba nocens, fateor, ſed tua turba ſumus:
Qui pater es, releuare tuũ non perdere natos,
Oſtendiſſe tibi ſæua flagella ſatis:
Hos inter luctus intactæ Virginis ignes
Ægrum animi quamuis me celebrare iuuet:

Sic

Sic cælo famulans lugubria tempora perdam,
Dicar & vtiliter conſuluiſſe mihi;
Ergo tibi quiſquis Mariæ ſectaris amores,
Atq; mea certas poſcis ab arte vias;
Vt tibi ſuccedant felicia vota, cadatq;
Quam cupis, in caſſes præda petita tuos:
Perſcrutare libens mecum doteſq; decuſq;
Virginis, & quantas numine præſtet opes:
Quid ſuper æthereos operetur maxima tractus,
Atq; inter cœtus quidquid in orbe virûm:
Qua virtute ſuos paſſim tutetur amantes,
Præbeat & plena munera quanta manu;
Hinc tibi ſubdatur currenti calcar, & vſq;
Caſta tibi Mariæ viſcera flammet amor.
Principiò Diuæ rapiat tua pectora candor,
Cui cedunt primæ vellera cana niuis:
Nil eſt candidius nil Virgine purius, illa
Talis ab ætherea nam fabricata manu:
Fertur enim Pietaſq; docet ſanctiſſima, curæ eſt
Claudere cui ſuperas & reſerare fores:
Cũ Pater omnipotẽs, nutu qui torquet olympũ
Quæq; futura fluent ſemper adeſſe videt:
Magnã animã Mariæ ad vitæ produceret auras,
Poſtera facta animo volueret alta ſuo:
Indixiſſe manu tranquilla ſilentia cœlo,
Vnde beatorum conticuere chori;
Cælicolæ erexere animos menteſq; rotundo,
Ille ſuo tales cum dedit ore ſonos:
Siderei proceres noſtri pars inclyta regni,
Mãgna quidem ſunt quæ pectore fixa latẽt:
Magna ſed antiquis finem latura ruinis,
Quas tulit in vetitum fœmina prima viris;
Inde viris aditus nullus, via nulla ſaluti,
Diues hiat barathrum, liminã noſtra rigent:

Ha-

Hactenus vndantes fletus triſteſq; labores,
Nil potuere virùm nil potuere patrum:
Vos etiam iactura grauat lacrymæq; preceſq;
Voſq; Orci video clara trophæa premunt:
Tempus adeſt ſperata orbi quod gaudia portet,
Triſtia quo ceſſent denique, tempus adeſt:
Indultum ſatis eſt barathro, Clementia vincat,
Gentis & humanæ pectora flectat amor:
Etſi fœmineo ſunt, omnia perdita lapſu,
Antiquam reparet fœmina Diua malum:
Regia fœmineis gauiſa eſt infera damnis,
Conterat hæc ſtygij fœmina colla ducis:
Intactam hanc volumus primæui labe Parentis,
Hæc generis fugiat publica damna ſui:
Quam creo, ſit noſtris oculis gratiſſima ſemper,
Nullaq; venturæ corpora menda notet:
Tota mihi pulchra eſt Virgo formoſaq; tota,
Vndiq; ſit Charitum flumine plena meo:
Hæc ſatis in præſens, par eſt nam plura latere
Gaudia quæ cœlo miſta dolore ferant:
Nũc iterare modos, nũc dicite carmina iũctim,
Atq; alacres veſtras ſollicitate lyras:
Sic ille: & plauſu totus reboauit olympus,
Et tercentenis aurea clauſtra choris:
Quin etiam fertur Gabriel diuinius illa
Blandius & ſolitò concinuiſſe die:
Ergo animum quiſquis Mariæ mirare nitentem
Raraq; cæleſti dona tributa manu;
Hanc ſine mortiferi conceptam labe reatus,
Semper & æthercam deuenerare Deam:
Qua capiendus erat ſedes dominator olympi
Purior alpina debuit eſſe niue:
Ex legem voluiſſe ſuam ſeruare Parentem,
Chriſtigenis magis eſt credere nonne pium?
Dici-

Dicitur hæc puppis merces latura Tonantis,
Non timuit ſcopulos, nec vada cæca maris:
I felix, rapidaſq; ſeca per cærula ſyrtes
Te diuina regit dextera, ſoſpes abi:
Spinis iurè Roſam: ſponſus vocat vndiq; ſeptā,
Septam, ſed ſpinæ nil pupugere Roſam:
Hæc Aurora nigra potuit qua ſorde notari?
Æternum ſolem mox paritura Deum?
Lilia nata ſuo maleolenti ceſpite odoras
Sic vidi ad ſuperos explicuiſſe comas:
Effer amans animos & grandia concipe corde
Ingentes Mariæ pectus anhelat opes: (ratū
MAGNA mouent hominū mētes, pretiūq; pa-
Quo maius, mage nos in ſua vota trahit:
Pro pretio rabiem contemnit nauita ponti,
Miles pro pretio tela inimica ſubit:
Mercator pretio ductus per ſaxa per ignes
Impauidus celerat, cælo inhibente gradum:
Agricolæ nullus præcordia terror acerbat,
Quem grauidæ meſſis ſpes animoſa fouet;
Hinc quoq; Olympiacos celebrauit Græcia lu-
Græcia crudeli nunc miſeranda iugo: (dos,
Amphitheatrales hinc vidit Etruria pompas,
Et vidit faſtus Martia Roma ſuos:
Allicit argentum pectus, magis allicit aurum,
Plus at Erythræi gaza ſuperba freti:
Nos tandem precioſa trahunt non vilia rerum,
Res eſt Phæbęo clara nitore magis;
Ergo mihi dotes celebrentur Virginis ingens
Fomes erit carmen, carmen & ignis erit:
Virgine quid maius? vel quid perfectius? vltrò
Cui ſubdit faſces terra beata ſuos;
Virginis ad nutum Alecto furiata Ceraſtas
Ponit, & ardentes torua Megęra faces:

Nec

Nec ſatis hæc, Orco ſactas inhibere rapinas,
Dæmonas & nutu Virgo fugare potis:
Ius habet, & formidandi vix nata Colubri
Contriuit valido colla proterua pede:
Vicerat incautos falſo ſermone Parentes
Callidus, humanum perdideratq; genus:
Quos ſibi non finxit ſublimi mente triumphos?
Et bellatrici clara trophæa manu?
Ad ſuperos aditus clauſus, patefactus Auernus,
Infera lætantur regna, ſuperna gemunt:
Ille Acheronteas mortales trudit ad vndas,
Raptat & ad ſtygios, agmina denſa, lacus:
Vota viri fruſtra effundunt ardentia, totum
Cœlũ onerant precibus, nil lacrymaſſe valet:
Omnia habet gemitus, fletus ſpargũtur inanes,
Deſuper ira tonat, reſpuit ara preces:
Regius ah' quoties Vates Iordanis in acta,
Optatum cupijt poſſe videre diem?
Auratâq; chelym increpitans ad carmina ſoluit
In tales vocem, raptus ad aſtra, ſonos:
Ferrea ſemper erunt ſtellata volumina votis?
Aſtra pijs votis ferrea ſemper erunt?
Perpetuò pateat Ditis lacrymabile regnum?
Et cœli clauſæ ſtent adamante fores?
Semper humus rigeat ſpinis & ſentibus arua
Terra nec æthereas pandat Eoa roſas?
Ah' ſatis eſt hyemis, ver ſurgat amabile, tandem
Et pluat è ſuperis gratia diua plagis;
Sæuitiæ indultum; placidi Clementia cœli
Dirigat hùc greſſus deueneranda ſuos:
Pollicitus tenebras diuino tollere partu,
Iam iam lapſuram cur remorare fidem?
Tu Deus es verax, cur lumina noſtra retardas?
Crebraq; traduntur vota ferenda Notis?

Speſq;

Speſq;preceſq; cadunt,nil plurima victima pro-
Ara calet ſacris,nec iuuat ara tamen ; (deſt,
Dona tholis pendent, & donis templa renidet,
Extinguant iras nec pia dona tuas ?
Funduntur gemitus, lacrymæ ſparguntur vbiq;
Durus es ad gemitus, durus es ad lacrymas:
Deſuper extillent vitali ſidera rore,
Germinet & partum terra beata ſuum :
Quid cauſas nectit noſtras quin prodit in auras
Virgo peroptatum quæ paritura Deum eſt:
Aurea tum redeant promiſſi tempora ſecli,
Mella ferant quercus,lactea dona rubi:
Tunc obdurati reſeretur limen Olympi,
Tartareiq; gemant triſtia regna ducis,
Tu quoq; Iordanis curres argenteus vndis,
Quippe Dei ſacros alluet vnda pedes :
Et mea ni falſo feruent præcordia motu
Maximus in lympha lauerit ille tua :
Tunc vinces Iſtrum, & faſtus tibi cedet Araxis,
Et Nili anfractus contrahet vnda vagos;
Ille dies felix, fortunatiſſima ſecla,
Aurea ſecla meis iurè canenda modis,
Terra beata vago greſſu quam comprimet ille,
Aura beata nimis quà ſua verba feret:
Aura darem tibi ſi ſcirem mille oſcula iã nunc,
Oſcula mille tibi terra beata darem:
Prodeat in vitæ iam tandem prodeat auras,
Optatum Virgo quæ paritura Deum eſt:
Nata ſalus Virgo coeli indubitata Virago,
Sibila nec Colubri nec timet alta minas:
Audentem aggreditur,rabiemq; ignẽq;vomẽtis
Deprimit inuicto ſquamea colla pede:
Ille venenato ſpumas agit efferus ore,
Fœmineaq; dolet ſuccubuiſſe manu:
I nunc

I nunc & primos iacta ſuperaſſe Parentes ,
Ad ſtyga protruſus ſemper amara geme :
Hanc olim ex aditis nouit radiantis ab oris
Lapſuram Cœli fabula nulla vetus :
Non execrandi tripodes , non augur Apollo,
Non lyciæ ſortes non agitata Themis :
Ante tamen multo cœleſti numine pleni
Vnanimes priſci præcinuere Patres :
Prædixere ſacri vates & Virgo ſibilla
Acta Deo æternam vaticinata Deam :
ClauſuramNumen,terræ quod maximus orbis
Nec Superûm maior regia vaſta capit :
Quiq; iubar ſoli tribuit, quo ſidera fulgent ,
Cuius ad imperium ſæua elementa pauent:
Humanos artus indutum Matris ab aluo
Sponte ſua puerum delituiſſe vides :
Ergo Dei Virgo eſt Genitrix & Sponſa Tonãtis?
Omnibus hæc præſtat Gratia rara nimis :
Alta licet mẽs hic hominum tenebroſa fatiſcit,
Vimq; reformidat quam taciturna colit :
Pectore magnanimo diuæ gratare Parenti
Et cor virgineum ſacra ab Amante pete :
Exorata nouos dederit moreſq; animoſq;
Nil eſt quod Iuueni promptius illa ferat ;
Lucis inacceſſæ candor nitidiſſimus illa eſt,
Totaq; ſidereis candida lapſa plagis :
Finge tibi ſolem rutilo fulgore micantem
Quem ſtringat radijs ſplendida luna ſuis ;
Sol Deus eſt,Luna eſt Virgo,quæ lactea candet,
Quã benè vterq;micat,quã benè vterq;nitet:
Haud aliter vidi complexum adamanta nitenti
Auro, hoc præradiat, fulgurat ille magis :
Flaminis æterni Sponſa eſt,cœloq; verenda,
Quanto ſidereo Numine mira fuit ?
Vnica

Vnica virgineum ſeruauit fœta pudorem ?
Hoc meruit Genitrix vnica facta Dei:
Dicitur eſſe Dei Currus fulgore micantes
Quem decorant gemmæ, ſidera mille beant;
Totus erat tuus ò Salomon argenteus, aureus
Et tuus ò Pharaon vndiq; totus erat:
Huic tantum ceſſere tamen, terreſtria quantum
Æthereis victas dant ſuperata manus; (men
Hanc Monados Triadoſq; fouēt venerabile Nu-
Namq; Dei canitur Filia, Sponſa, Parens:
His Titulis tuus excreſcat cæleſtis Alumne
Fiat & ad flammas imperioſus amor;
Cui te deſpondes, & quam tibi quæris amādā,
Hanc tibi Reginam terra beata colit:
O te felicem fortunatumq; colendæ
Cui ſeruis, forma eſt non peritura tibi;
Culta placent, formòſa placent moralibus, auro
Hinc eſt quod tantum pulcra puella tumet:
Prodit & inſidias vultu molitur & aſtu,
Dat gemmas Oriens, India præbet ebur;
Tellurem verrunt ſtellato ſyrmate veſtes,
Quaq; pedem vertit preſſa ſuperbit humus:
Spirat Orontæos latè coma flaua triumphos,
Vtraq; iactat opes ſardonychata manus:
Illita pigmentis facies venatur amores,
Quæritur illecebris luxurioſus amor:
Elapſura breui tamen hæc ſunt tēpore cuncta,
O miſeras mentes ſtultitiamq; virùm:
His laqueis veſanus amans captatur, ad Orci
Vt gemat æternum præcipitatus aquas:
FORMA quidē muliebre bonū, ſed dulce vene-
Viſa placet, ſtultos & malè viſa necat: (num,
Forma ſuas longè iaculatur viuida flammas,
Aurea flamma tamen vix nitet atq; perit:

Nil

Nil Mortale diu viget: Immortalia prudens
Quærat amans nullo deperitura die:
Æternas proponit opes caſtiſſima Virgo,
QVOD manet æternũ ſanguine debet emi;
Ad Mariam toto recti ſtudioſus anhelet
Pectore, mercedem regna ſuperna dabunt;
Terreſtres contemnat opes, cõtemnat honores,
Et premat audaci qualiacunq; pede:
Nuncia pacis adeſt ſanctiſſima Virgo Colũba,
Virgo tulit pacem, pax adamanda Viris;
PACE prius nihil eſt, magni pax incola cæli,
Aligerum meritò deueneranda choris:
Victor amat pacẽ, pacem quoq; victus honorat,
Pax primum duxit ſub iuga panda boues;
Pace vigent vites & dulcia vina bibuntur,
Flaua Ceres pacis tempore dona parit:
Regnabant olim nimbi triſteſq; procellæ,
Horribileſq; Euri, terribileſq; Noti:
Iamq; ſuperiecto languebant æquore damæ,
Quin vbi terra fuit piſcis obibat aquas:
Omnia pontus erant caligantesq; tenebræ,
Vnda tegit montes, verberat aſtra mare:
Nulla ſalus miſeris, cum cælitus ecce virẽtem
Ramum oleæ Virgo ſancta Columba ferens:
Nuncia pacis adeſt mortalia cuncta beantis,
Conticuere vndæ conticuere Noti;
Vndiq; detegitur tellus, ſunt omnia fauſta,
Pulchrior & ſolito Phæbus ab axe micat:
Inferat ergo tibi ſtygius ſi bella ſatelles,
Laſciuuſq; necem mortis alumnus amor:
Fomite vel ſcelerum ſi blandus mulceat Orbis,
Vel nimbos hominum turba proterua ferat;
Poſce alacris Mariam fructum pacalis oliuæ,
Nil eſt quod poſſit te releuare magis:

At-

Attulerit pacem ſuperatis hoſtibus almam
Necnon victrices afferet illa manus:
Mille chori Superum ſummiſſo poplite adorãt,
Et Mariam Seraphim turba verenda colit:
Perpetuò tamen illa Virùm ſtat prõpta querelis,
Et ſpectat lacrymas officioſa tuas:
Magnus amor magno ſi compenſatur amore,
Quas poteris pariles ipſe referre vices?
Virgo tuos poſcit greſſus? ingratus anhelas
Quò te præcipitem cæca libido rapit?
Virgo tuas poſcit flammas & poſcit amores,
Tu ſcelerum mauis turpi in amore mori?
Illa tibi ſeſe ſpondet ſine fine fruendam,
Tu ſequeris falſas quas parat Orcus opes?
Virgo tuum cor ait fili dulciſſime præbe,
Tu Veneri præbes cor ſine corde tuum?
Amplexus ſi ſpontè offert atq; oſcula Virgo,
Illos faſtidis, hæc tibi rere nihil:
Ah'potius te flammet amor, firmaq; reuolue
Mente memor quanti ſit facienda tibi:
Virgo Dei Domus eſt virtutum fulgida cœtu,
Splendet & æthereis illa opulenta bonis:
Quidquid ab eois, & quidquid fertur ab Indis,
Quidquid & euectat ripa ſuperba Tagi:
Vile iacet, Domus hæc gẽma precioſior omnĩ,
Nil adamas decoris, nil amethyſtus habet;
Quæ ſedes fuit apta Deo dicatur Olympus,
Et quas non gemmas diues Olympus habet?
STELLA Maris Maria eſt nunquã caſura ſub vn-
Quæ tenebris nullis inficienda nitet: (das,
Cur fallax mundi trepidos nos terreat æquor?
ARctos adeſt miſeris proſpicienda viris:
Sæuiat obſcuris nimbis armatus Orion,
Horriferoſq; vomat nigra procella metus,

Con-

Concitet Hippotades ſæuos in prælia fratres,
Hinc furor hinc rabies exagitata fremat:
Nec ſatis:horrorem incutiant tenebræq; poliq;
It fremat inſanis Pleias orta minis:
Vnda tibi decimum minitetur ſpumea fluctum,
Totaq; diſruptis nubibus æthra ruat:
Mille tuam quatiant veſana tonitrua mentem,
Et vibrata petant fulmina mille caput:
Virgo ſalutiferum ſplendet nitidiſſima Sidus?
Illa tibi radiat? nil nocitura time:
Inſpice fulgentem Stellam auxiliumq; ferentē,
Nil trepides, queſtus,votaq; funde pius:
Hac monſtrante viam ſubitò tibi luceat æther,
Præſidiumq; feret Virgo vocata ſuum:
Ferreus excludat nullus te carcer amantem,
Arceat inſtantem curia nulla procul;
Virginis aſſidue feruens te concitet ardor,
Et calido fixum pectore vulnus ale:
Nectaris ardentes animos dulcedine replet,
Improbus & mundi ſemper acerbat amor:
Peccaſti, commiſſa gemas, & videris illam
Se facilem votis exhibuiſſe tuis:
Non peperit Natura tuam ſed gratia Diuam,
Gratia Cælitibus qua ſine dulce nihil;
Hæc Patris æterni facundo prodit ab ore,
Hæc ſuperos inter ludit amanda choros:
Hæc finxit mandante Deo mira arte puellam,
Vicit & enitens ſeq; ſuumq; decus:
Cerne hilarē FRONTEM ſed maieſtate verēdā
Frontis ab aſpectu gaudia mentis habes:
Qualis erythræo rutilus lapis amne refulget,
Qualis ab Eoo flumine concha nitet:
Aureolas ſpeculare COMAS cirroſq; fluentes,
Et victum Phœbi dixeris eſſe iubar:

Cur

Cur Bereniceam laudauit Græcia pompam?
Græcia mendaces vana ſecuta Deos,
Virginis æthereo radiati lumine poſſunt,
Illaqueare homines, illaqueare Deum:
Sponte manus his ſubde tuas: ò vincla beata,
Hoc ſolo vinctus ſtamine liber eris:
Cerne SVPERCILIA ætheręę prænũcia meſſis,
Portendunt rigidas nubila nulla minas:
Propulſas pluuias & nimbos nunciat Arcus,
Pactaq; cum Superis fœdera portat amans;
Sidereos OCVLOS Mariæ tremebundus adora,
Concutiatq; Sacer viſcera pulſa metus:
Spirant cæleſtes cæleſtia lumina flammas,
Indomitos ſenſus torrida flamma domet:
Hæc tibi viuenti figant cor ſpicula, amantem
Feruida flamma iuuat, ſpicula fixa beant:
Virginis intactæ blandiſſima pupula lucens
Æternum ſupera traxit ab arce Deum:
Ipſe Deus viſo eſt faſſus ſe lumine victum,
Omnia vincit amor, victus amore Deus:
Tu quoq; diuinos a Virgine poſce calores,
Sedula nil eſt, quod promptius illa ferat;
Cerne GENAS niueo tyrioq; colore micantes,
Dixeris hic rutilat purpura, candet ebur:
Nec te ſidonios ſuperantia LABRA triumphos
Prætereant, ſpirant labra beata polum:
Quæris cur Virgo dicatur Diua Roſarum?
Verba quot effundit, tot parit ore Roſas;
Labra tibi curæ ſunto flagrantia, poſſunt
Sola tumeſcentem conciliaſſe Deum:
Funde preces Mariãq; voca, patet AVRIS & au-
Auxiliumq; tibi prodiga dextra feret; (dit,
Obſcænis at claude tuas Syrenibus, vltrò
Et ſocios Ithaci ſic imitare Ducis;

Sed reſera votis miſerorum mitis vbiq; ,
Surdus eris precibus? clauſerit illa ſuas;
Virginis ęthereũ COLLVM micat aurifer amnis,
E fluit hinc Terris quidquid Olympus habet:
Hinc vndis Charitum rigidiſſima corda rigãtur,
His ſine ſpes hominum nulla vireſcit aquis:
Terq; quaterq; miſer, quã non hic riuus inaurat,
Cui fluit ò felix terq; quaterq; ſibi:
Pectoris vruntur cui fœdis viſcera morbis,
Vibrat & obſcænas ſæua Megæra faces,
Poſcat opem Mariæ, ferat auxiliaribus vndis
Virgo ſuũ robur, victaq; flamma cadat: (hęc eſt,
Cãdida Colla nitẽt, GVTTVRQ. Monile Colũ-
Hic ſmaragdi radiant, hic amethyſtus ouat:
Fulget honos ſapphire tuus, ſe iactat achates,
Fulgurat & rutilo nil adamante magis:
Vis in amore mori? ſacras meditare PAPILLAS
Hinc fluit æternum nectar Olympe tuum;
Sunt gemini cœli fontes, ſunt lactis amores,
Vnde ſacro Charitum gurgite flumen abit;
Ambroſiam laudat nugis fæcunda vetuſtas,
Ambroſiæ præſtant vbera plena Deo;
Lac plagis medicina tuis noctuq; diuq;
Lac tibi certa ſalus, cuncta venena procul;
Mente tua hinc ſtillam, Virgo concesſerit, hauri,
Diuitias Superum ſtilla beata dabit:
Incola terrarum, fies nouus incola cœli,
Commoda ſordeſcant qualiacunq; tibi:
Tum licet apponat labris ſua pocula Circe,
Circeos ſuccos iuſſeris eſſe procul;
Illecebras menti fallaces ingerat Orbis,
Oderit æthereis mens ſaturata bonis:
Tela rotet, flammaſq; vomat ſæuiſſimus Orcus
Orce tuæ flammæ telaq; vana cadant:

Vir-

Virgineo nil lacte poteſt precioſius eſſe;
Factus homo latices hos bibit ipſe Deus;
Ille tonat quoties ſcelerum iuſtiſſimus vltor,
Et parit in ſontes tela triſulca viros;
Virgo preces fnndit toties exerta papillas,
Placat & iratum viſa papilla Deum:
O igitur cum Bernardo ſuge vbera lactis,
Atq; memor Matris vulnera ſuge tibi:
Lac tibi pro Ambroſia, dulci pro nectare ſanguis,
Aligerum inuideant quæ bibis ipſe chori;
Mollia cui flammis Mariæ non corda liqueſcant,
Horrida duritie vincere ſaxa poteſt:
Tu neq; ſis leuior pennis, nec flatibus Auſtri,
Fagorum aut vincas mobilitate comas:
Inſpice Diuiparam rapta ſuper æthera mente,
Atq; ſequi dabitur mente oculoq; Ducem:
Quàm dulce eſt hominem diuinis ignibus vri?
Quàm dulcè æterno fonte leuare ſitim?
Ecce Dei flammam Mariam fontemq; perennē,
Te facili docuit noſtra camæna ſono:
Si tamen innumeras dotes formamq; decuſq;
Ante tuos oculos, me poſuiſſe cupis,
Ingenteſq; audes tanti comprendere ponti
Ingenio effuſas non benè doctus aquas;
Dic tecum, crebroq; ſagax hoc pectore volue,
Illa Dei eſt Genitrix, quam meus optat amor:
Dicere nil maius mortalia pectora poſſunt,
Nil Superum maius pectora docta canunt;
Si potiora velit temerarius excidat ardor,
Cum fertur præceps eſt inhibendus equus:
Sic pactam mea muſa fidem tenuiſſima cultu
Soluit, & incæpti pars perarata mei:
ALTERA pars reſtat quantum fortiſſima poſſit,
Proq; velit miſeris Virgo vocata viris:

Qui mihi præſtet opē? pēnas quis cōmodet? altè
Tollat humo ſtultus mox ruiturus humo?
Eſt ſacrum quod conor opus, per inania rerum
Non ſtolidos animos cæca libido rapit;
Non formidatæ congeſtum Pelion Oſſæ,
Non cano Thebanos, triſtia bella, rogos:
Quos torret laſciua Venus, vel Adonidos Hor-
Digna canant ſtygio vel ſua facta lacu: (tos,
Virgo meos quamuis humiles dignabitur auſus,
Excipietq; hilari munera noſtra manu:
Oceanus pater vndarum non blanda fluenta
Parua licet renuit ferre tributa ſibi:
Nomē habet mundi Dominā, nec fingitur illud,
Maxima namq; ſuo numine cuncta regit:
Ipſe Deus dedit imperium,Domināq; Ducemq;
Aſtra colunt,ſuperis dat ſua iura plagis:
Agmina Cęlicolum pendent dominantis ab ore,
Et Maieſtatem regia tota colit:
Imperat hæc mundo? nil poſſunt ignis & aer,
Hac renuēnte, nihil vis metuenda maris:
Terra ſit alta licet, Maria mandante,dehiſcit,
Vdaq; fit ſubitò, ſicca ſit illa licet;
Si velit alpinæ vincant viridaria rupes,
Ardētes flammas, ſi velit,vnda dabit:
Imperat, Arctoo ferueſcant corpora cœlo,
Vſtaq; ſub Cancri ſidere membra gelent:
Abnuat, immanes taceant ſine murmure venti,
Annuat, horribiles intonuere Noti:
Dum Domina eſt mundi(mundus quoq;Tartara
Tartara ſunt torui regia cæca ducis: (claudit)
Ad nutum Mariæ ſtrident ſæua agmina Ditis,
Et licèt inuiſæ dant nigra terga fugæ;
Quin rapido emittunt ſemeſas ore rapinas,
Et vacuæ redeunt ad ſua regna manus;

De-

Dæmones ah' quoties tædis ardentibus inſtant,
Deuictiſq; parant retia mille reis:
Virginis at iuſſu pereunt flammæq; doliq;
Et ſtygis infernæ littora rauca gemunt:
Exululantq; fremuntq; Orci reboantq; cauernæ,
Tantus ab immenſo numine terret honos:
Adde quod hoc Mariæ ſapiens Epifanius inquit,
A' Superis nomen Spem ſonat atque notat:
Spes ergo Maria eſt? ſperent quicunq; laborant,
Tuta fatigatos ſpes releuare poteſt:
Horribili iactare mari? Maria adſtat & offert
Pone metus, Numen commiſerata ſuum:
Laberis? illa manum ſubdit firmatq; pauentem,
Ignes te cingunt? ignibus illa iubet:
Vis inimica latus ferro cæditq; petitq;?
Poſce pius Mariam, vis inimica cadet:
Res dubiæ triſteſq; premunt? vireſq;labaſcunt?
Monſtrabit certas Virgo vocata vias.
Geſtantem veteres finxerunt lilia Diuam,
Inciſum cui SPES PVBLICA nomen erat:
Cerne tuam Mariam ſtringentem pectore Natū,
Scribeq; Spes fulget Publica Virgo viris:
Publica ſpes miſeri hęc radiat,lux publica mūdi,
Quis tenebras timeat degenereſq; metus?
Decipit hæc nunquam, rutilanti ſemper ab axe
Influit auxilium, lucida ſemper adeſt:
Plura velis? audi Bernardum vera fatentem,
Cuius ab ore fauis mella liquata fluunt:
Quinque ſuis veluti Chriſtus labentibus omnē
Vulneribus tribuit commiſeratus opem,
Ipſa ſuo Maria afflictis ſic nomine rebus,
(Quod pleno conflat litera quina ſono)
Certam præbet opem conſolaturq; dolentes,
O'fauſtum numerum præſidiumq; viris:

Ergo tuo Nomen Mariæ noctuq; diuq;
Pectore ſit ſemper, ſemper in ore tuo;
Mente Dei fuit inuentum, dein Aliger aureo
Hoc circumſcriptis protulit ore notis;
Spem ſonat id? ſontẽ quæ te commiſſa flagellãt?
Curarum vigili quo cruciere metu?
Fors aliqua pectus lethali labe notaſti?
Prædaq; tartareo vinctus ab hoſte iaces?
Spes Mariæ te languentem cænoq; cubantem
Erigat, hoc nomen ſedulus ore voca: (dens
Surge alacer maculatq; graues citus exue,& ar-
Virginis auſpicijs fortiter arma cape;
Fige pedem, vireſq; time aduerſantis, adurge,
Arte artem ſupera, ſpicula iacta caue;
Si vafer, ille vafros animos & pectora geſtat,
Hic ſtandũ,aut morere,aut prælia vince vigil:
Tela iterum vibra, victus cadit hoſtis,amanti
Redde tuæ grates,palma relata tibi eſt:
Palma rei ata tuos reddet ſenſuſq; animoſq;
Attentoſq; magis præualidoſq; magis:
Si LACRYMAS aliquas pietatis pignora fundis,
Sunt Mariæ lacrymæ cuncta mouentis opus;
Ah' quantũ lacrymaſſe valet:nil pondere maius,
Nil eſt quod fletus æquiparare queat:
In liquidos riuos fluat aurum,gemma liqueſcat,
Qui lacrymas vincat non liquor vllus erit,:
Sunt lacrymæ cordis ſanguis puriſſimus,illo
Vtile quid terris dixeris eſſe magis?
Et quantum poſſit docuit ſanctiſſima Virgo,
Frigida cum Nati ad marmora marmor erat;
Marmor erat, mare ſed gemitu lacrymabile facta
Vndantes riuos, voce ſilente, dabat:
Ardor erant lacrymæ,ex oculis nã flãma fluebat,
Spirabantq; ſacras corda liquata faces:

Mens credat, pia quod cecinit longæua vetuſtas,
Et fecere diu lumina certa fidem.
Quid ſaxo durum magis, ecquid mollius vnda?
Virgineis vndis ſaxa cauata tamen;
Marmora ceſſerunt lacrymis, nã feruida amoris
Omnem duritiem frangere tela valent;
Mille dabat lacry mas, ſaxo dabat oſcula mille,
Atq; inter gemitus talia dicta ſuos:
Dure lapis, venerande lapis, tamen inuide, Nato
Qui Matrem non vis oſcula ferre ſuo:
Oſcula ferre negas, Matri & quid amãtius? vltrò
Oſcula, te refera, ſenſerit ille mea:
Si neſcis, non membra meæ ſunt frigida prolis;
Eſt Deus, atq; calent mortua membra licet;
Gratũ erit obſequium mæſtumq; piũq; Parentis,
Mortuus & quamuis nouerit ille manus:
Frigidus es, flam maſq; tamen iacularis & æſtus,
Eſt Superum Natus flamma beata meus:
Mortuus hinc ignes & tela cremantia vibrat,
In genus humanum quid rediuiuus aget?
Nate tua huic certam peperiſti morte ſalutem,
Ergo ſalus tanti tanti amor ille fuit?
Non fatum crudele voco, non aſtra, polumq;,
Sponte tua iuuit procubuiſſe neci:
Ah' quoties mihi dixiſti, dulciſſima mater,
Totus ero ſanguis, nil niſi vulnus ero:
Neſcia mentiri nimis ah' tua verba probantur,
Totus ades ſanguis, nil niſi vulnus ades:
Nate iaces, lacrymãde mihi, cur lumina ceſſant?
In ſalſum Mariæ lumina abite mare;
Hinc lacrymas edoctus ama, lacrymaſſe iuuabit,
Et luet errores fertilis vnda tuos;
Dat ſeſe Natumq; ſuum rorantibus vndis,
Ecquid habet Nato carius illa ſuo?

FRANciſcus gemit, infantẽq; Deũ excipit vlnis,
Et FELIX Chriſtum, dum gemit, ecce fouet:
Funde pios oculis rores Catharina, gementi
Dat geſtare tibi lacryma fuſa Deum:
At præcepta colis quiſquis mea, dixeris alto
Riphæas cautes pectore ineſſe tuo:
Et riguiſſe gelu crudelia viſcera Ditis,
Triſtes pone metus, en tibi prompta ſalus;
Diuiparam meditare tuam dum flumina fundit,
CALVARI ſummo in vertice fixa cruci;
E Matia ſalſum, è Nato mare ſanguinis vndat,
Non frangent pectus ſanguis & vnda tuum?
Corda tibi quamuis rigeant adamantina, cedent
Largiter & lacrymas lumina victa dabunt:
Funde pios humilis riuos, nil dulcius iſtis,
Sit licet in Superis Virgo beata, bibet:
Quot graſſatorum flentes perduxit olympo?
Et quot lugentes duxit ad aſtra reos?
Aurea dona probant picturatæq; tabellæ,
Perq; probant crebras plurima ſigna vias:
Sæpius ergo tibi Mariam donare ſalubres
Eſto memor lacrymas, ſed tibi poſce memor:
Communis Tutela nitet, ſed numine ſontes
Protegit immenſo commiſerata ſuo:
Præcipuèq; fouet conſolaturq; nocentes,
Quin vocat, & ſtimulis vrget vbiq; pios:
Quæná tantus amor non viſcera torreat? & quis
Non iaculis vltrò pectora aperta ferat?
Ipſa ſuo eſt Nato, ſi fas, clementior: acri
Iuſtitia turpes ponderat ille notas;
Hæc malè non librans tranſactæ tempora vitæ
Effundit Charites officioſa ſuas:
Auricomiſq; velut radijs Hiperione natus,
Et præſtat meritis immeritiſq; iubar:

Sic

Sic exorandam cunctis ſe Diua Virago
Exhibet & meritos immeritoſq; fouet:
Suauius ergo nihil Maria eſt, nil mitius ergo,
Virgo nimis dulcis, mellea Virgo nimis;
Magnam magna decent; Cęli Regina datura eſt,
Quæ deceant Superùm grãdia dona Ducem:
Maior honor dantis, ſi grandia poſtulat Irus.
ARCA Dei eſt Genitrix, maxima poſce, patet
Quærere ne dubites: mentemq; animũq; laceſſit
Ipſa tuum, & ſenſus increpat vſq; graues:
Nonne Parens peccatorum cantatur vbiq;?
Nonne laborantum ſpeſq; ſaluſq; Virùm?
Cauſa patet quia labentes amplectitur, vltrò
Et leuat exanimes imperioſa manu;
Intus corda mouet, tua viſcera concutit intus,
Et menti morſus inijcit illa feros;
Ah! quoties peccaturum te blanda coercet,
Et ſcelerum cauſas imperat eſſe procul;
Tu quereris demens fugientia femina culpæ,
Quin quoq; mentis inops impia fata vocas:
Stulte quid eſt crimen? ſtygij niſi pignus amoris?
Mors ſequitur culpam, corpus vt vmbra ſuũ:
Æternas maleſane c. pis flammaſq; piceſq;
Frænum adhibe; ſenſus cõprime, cerne necẽ:
Virus adeſt, viruſq; ſitis, caue pocula Circes,
Principijs obſta, victor ab hoſte redis;
Blanda necant, & dulce fugit, ſcelerũq; caterua
Exiget in Barathri pœna luenda rogis;
Corporis illa videt caſus animiq; ſiniſtros,
Inſtar & ardentis Martis vtroſq; fugat:
Febris agit tua mẽbra? illa eſt ſors mun^a^ Amãtis,
Protinus Idaliæ nam periere faces;
Corpus habet languor? Mariæ mẽs viuida feruit,
Ille tuus Diuæ eſt languor amantis amor,

Illa tibi inuigilat? vigilanti viue memorq;
Reſq; tuas, ſi vis, prouida ſemper aget:
O'quiſquis noſtræ ſequeris præcepta camenæ,
Alto quod dicam pectore conde tuo:
Cuncta poteſt Virgo, quidquid nam poſtulat illa
Sponte Deus legem iudicat eſſe ſibi:
Plura velis, miranda magis? pius imbibe dicta.
Arripit æthereus me ſuper altra calor:
Dum fundit dia Virgo preces, flectitq; Tonantē,
Ne vibret in fontes tela inimica viros;
TRISAGIVM ſilet Aligerum, cantuſq; lyræq;
In Matrem tanta eſt gloria, tantus honor;
Cælicolum decus in Mariā ſtupet aurea Turba,
Popliteque inflexo deuenerata colit;
In Mariam pietas cibus eſt, quo paſcitur ille,
Omnia qui nutu concutit altra ſuo:
Labra Parens aperit, ſtat pendolus ore Parentis
NATVS, & vt moueat labra laceſſit amor:
Eſt amor humani generis qui feruidus inſtat,
Fortiter & iaculis figit vtrumq; ſuis:
O'madidum non narrandá dulcedine pectus,
O'Charitum ſedes, o veneranda Charis:
Dicitur eſſe typus Mariæ Thaumantias Iris,
Quæ probat æterni fœdera priſca Patris:
Triſtes poſt pluuias tempeſtatumq; furores
Poſtque procelloſos flamina ſæua, Notos;
Mille trahens varios per nubila rara colores,
En fauet afflictis ſollicitoſque leuat,
Virgo tamen longè præſtat, nam fulget vbique
Emicat in pluuijs, enitet ante Notos:
Illa cadit, manet hæc, fert horrida ſæpius illa
Signa mali, ſempet Virgo ſalubris adeſt:
Nubibus illa minax longo curuamine lucet,
Hæc ſine nube magis ſplendida Sole micat:

In-

Inſtar & ætherei pontis ſe tollit ad aſtra,
Ad Superos certa qua datur ire via:
Nulli aditus clauſus, greſſum dat ſemita, caſtis
Nam deſiderijs hæc via trita patet:
Hæc nō gemmatis tantum ſuperanda quadrigis;
Hic non quadrupedum nobile ſudat ebur:
Panditur vnicuiq; ſalus optata petenti,
Poſtibus & nullis ianua fulta riget;
Nec famulo limen circumuallatur auaro,
Quem facilem reddant aurea dona tibi:
Pontē horres? lapſumq; times? ſubterq; tonantes
Vndas? dux vllus nec tibi pandit iter?
En eadem Iacob Scalam ſe præſtat, olympi
Aurea pertingit ſidera cuius apex:
Ille ſupercilij qui temperat omnia nutu
Nititur hoc; tandem quid trepidare datur?
Itq; reditque cohors Superum: depone timores,
Turba laborantum dirigit illa pedes:
Scala tibi præſto eſt, cum Scalis regia cœli,
Et circum vibrat ſpicula Diuus amor:
Diuus amor Mariæ flammis vndantibus, vltrò
Gaudia ſemper auet, gaudia ſemper habet:
Nec mirum ſi lætitias in amantibus auget,
Promptaque cæleſtes fundit vbiq; faces:
Virgo Dei Cœlum; comprendit pectore namq;
Maxima quem nullis finibus arctat humus;
Quem nullus locus includit, quem linea nulla,
Virginis in caſto pectore clauſit amor:
Ergo Dei Cœlum eſt Virgo ſine vindice damno,
Ex quo fæcundæ depluit imber aquæ:
Vnda fluit velut in Vellus charitumq; bonorūq;
Et nullus rutilo ſtridet ab axe fragor:
Hoc Paradiſiaci labuntur, ab æthere riui,
Gutta beat mentes, corpora gutta beat:

Hinc liquor emanat, cui cedit lydius Hermus,
Cedit & auriflui diues arena Tagi:
Fit cunctis medicina malis, opoballama temne,
Vnica ſi cœlo ſtilla beata cadat:
Stilla necat Barathri diros feritate Colubros,
Necnon lernææ toxica ſæua necis:
Si moueat portentificos Aætias ignes,
Enecet ardentes vnica gutta rogos:
Funereas vibret Alecto ſæuiſſima tædas,
Faucibus ad prædam totus & Orcus hiet:
Inſidioſa Venus nectat fraudeſq; doloſq;
Orbis & illecebræ blanda venena parent:
Si roret Cœlum, repleant vlulatibus auras,
Monſtraq; præcipiti dent ſua terga fugæ:
Hinc fugiunt triſtes ferali crine Cometæ
Vexantes Regum pectora magna metu:
Non mouet hoc noſtras quaſſura tonitrua mẽ-
Fulgura nulla parit, fulmina nulla rotat: (tes,
O Cœlum quod mille faces quod ſidera mille,
Numineq; æterno quod Deus ipſe beat:
Aſtrorũ hic celeres dant omnia fauſta meatus,
Euentuſq; ferunt aurea ſigna bonos:
At mihi, ſi liceat flexus ſeruare benignos,
Et dare ſideribus nomina priſca ſuis,
Leucadijq; Iouiſq; notes hic lucida ſigna,
Dum primas Aries pandit ab axe comas:
Quam natura Iouis conflat Veneriſq; Draconis
Ecce caput, gaude, ſidera fauſta nitent:
Iupiter & Titan pulchra cum Cypride lucis
Oſtentant pura in Virgine quidquid habent:
Omnia, cerne, tuis ſuccedunt proſpera votis,
Aſtrorum hic fluxus non malus vllus adeſt;
Cynthia non peſtem minitetur luminis expers,
Nam mars funeſtos vibrat ab axe rogos:

Non

Non lugubrè rubent in Cancri ſidere iunctæ
Et Iouis, Odryſij, Falciferiq; faces:
Exulat hinc portentoſi pars ima Draconis,
Sæua vbi Saturni Martis & aſtra micant:
Omnia ſcruteris cernes fauſtiſſima, rident
Hinc Charites, fulget gloria, regnat amor;
Non fœdus cruor hinc manat, non ſaxeus imber
Monſtraq; telluris non fata læta vorant;
At fluit obſcæno pro ſanguine lacteus humor,
Lacte ſolet Virgo corda liquare ſuo:
Virgineos expoſce tibi pro nectare rores,
Sponte ſua rores Virgo dediſſe velit:
Forte riges, ſteriliq; geris præcordia ſenſu?
In pluuias Charitum fluxerit illa tibi:
Cypridos vruntur facibus tua pectora? Cœlo
Hoc gelidæ venient vellera cana niuis:
Nonne fuit Cœlum Virgo ſanctiſſima, Nati
Cum ſtetit ante Crucem ſaxea facta ſui?
Cœlũ erat at madidũ lacrymis & triſte tenebris
Solis & extincta lampade, luctus erat:
Vulnera mille Dei manantia corpore toto,
Mille ferunt Matri vulnera, mille neces.
Hinc ſibi Chriſtiadas omnes ſua pignora fecit,
Et lacrymis potuit demeruiſſe ſibi:
Totum Orbem Natus penſabat ſanguine, Mater
Chriſtiadum fletu commiſerata Genus:
Filius ecce tuus mulier percepit ab ore
Nati, Ioannes & tamen ille fuit;
Nomine Ioannis Chriſto Genus omne redẽptũ
In Natos cępit prouida Virgo ſuos:
Ergo ſumus Mariæ lacrymarum pignora, ſanguis
Ergo ſumus Mariæ, progenieſq; ſumus:
Et quiſquam poſſit tantam liquiſſe Parentem?
Matris & ætheteæ deſeruiſſe ſinum?

Eſt

Eſt opus egregijs animis, ſumus inclyta proles,
Nos animat Virgo degenereſq; notat:
Segnitieſ procul omnis eat, ſtygiũq; veternum,
Poſſe dedit Cœlo viuere, velle dabit:
Quiſq; preces fundat fidei fulcimine tutus,
Virgo colenda fidè, Virgo colenda prece:
Noſtrarum fit Virgo precum reſonabilis Echo,
Quaſq; ferat Nato percipit aure ſuo:
Quin cordis lacrymas & muta ſilentia cernens,
Pro miſeris fandi pandit ab ore melos:
Nilq; ſibi intactum linquit, nil linquit inauſum,
Pignoris vt vindex detonet ira ſui:
Dum Turba Iſacidum duræ ceruicis adorat
Mentis inops aurei numina falſa bouis,
Et circum læti Iuuenes teneræq; puellæ,
Intexunt feſtos voce rogante, choros:
Indulgentq; ſuo Genio vituloq; propinant
Siccantes liquidi pocula plena meri:
Oraq; tartareis populus madefacta venenis
Eumenidum flammis præcipitatus agit.
O'gens Iſacidum, gens ò læuiſſima, ſunt hi
Cernua, Dij, cultu quos venerere tuo;
His tibi Numinibus vires præbentibus oras
Feſta Parethonias deſeruiſſe potes:
Hos propriæ fecere manus, tua dona renident,
Noueris hos faciles tempus in omne tibi:
En Deus ad Moſen proclamat percitus ira
Vlturus proprij Numinis ipſe decus,
Me dimitte, dabit meritas gens impia pœnas,
Ignea conceptus ſunt mihi tela furor:
Vincla Deꝰ gerit omnipotẽs? quo ſtamine Moſes
Indomitas valuit edomuiſſe manus?
Vincla ſuere preces, precibus vincire Tonantem
Quiſq; poteſt, iras flectere quiſq; pius;

Hos

Hos ſibi Dominicum referunt geſſiſſe triũphos,
FRANCiſcum & palmas obtinuiſſe prece.
Ara dicata tibi telis transfixe Sebaſtes
Fregit funeſtæ noxia tela necis;
Volue ſacros faſtos, tibi mille exempla legentur,
Ne morer in claris, conſule ſcripta Patrum:
Ergo magis quanto potis eſt caſtiſſima Mater
Vltorem Natum conciliaſſe ſuum?
Figit in obtutum Nati cum lumina Virgo,
Natus & in Matrem lumina fixa tenet:
Vtraq; corda rogo latè torrentur eodem,
Et face diuus amor flammat vtrumq; pari:
Tum petijſſe Parens gaudet,Natuſq; petitis
Plura dat, & maiora vt roget illa,rogat:
At ſi quando grauis non pectoris ire quierit,
Matris & excludat vota preceſq; ſuæ:
Tum Virgo ſubmiſſa genu lacrymiſq; profuſa
Procidit irati Pignoris ante pedes:
Nec prius abſiſtit quam cæpto auſoq; potita
Fulmineas precibus fregerit alma minas:
Omnia Virgo poteſt, nec alũnos deſerit vnquã,
Quos famulos verè ſenſerit eſſe ſuos:
Triſtibus hinc reperta Virũm fidiſſima rebus,
Mille gerit formas, nomina mille refert:
Nocte micat nautis ſidus bacchantibus Auſtris
Eſt opus auxilijs? auxiliata fauet:
Pugnandum contra Ditem? nil fortius illa,
Expetit æger opem? ſedula præbet opem:
Capta oculis orat mulier, lux lumina reddit,
Trunca manus? ſoſpes redditur ecce manus:
Mitto exempla roſas numero ſuperantia Pæſti,
Et rapidos fluctus perfida Scylla tuos;
Omnia prætereo, nam portum cernit ab alto
Optatum cæptis feſſa Thalia mari.

Dex

Dextra Damaſceni iuſſis abſciſſa Tyranni,
Quam trunco iunxit Virgo rogata ſuo :
Extremos libri tractus iam circinet, & res
Trita licet Charites ſors iterata gerat;
Rex Orientis opes frænabat Iſaurius, ille
Impia cui ſæui facta Leonis erant :
Acribus inſanæ flammis agitatus Erynnis
Auſus in æthereas bella mouere plagas :
Iuſſerat è templis tabulas dælerier omnes
Congeſtiſq; dari pabula dira rogis ;
Non tibi sũme Deus, tibi nõ pia Virgo pepercit,
Diuûm nullus honos, omnia flamma vorat :
Molitur quoq; vindicibus tormenta neceſq;
Addit & occultos multipliceſq; dolos:
Ecce Damaſcenus diuino percitus œſtro
Ore manuq; ſacros protegit vſq; typos:
Imbiberat magni eloquium cũ nectare Coſmi,
Et vult pro ſarcta relligione mori ;
Digna palam cedro ſcribit, vulgataq; laudat
Quiſq; pius, munit pectora quiſq; ſua :
Scit frenditq; Leo, rabie mouet omnia, & hoſtĩ
Præparat infami proditione necem :
Fraus habet euentum ; Arlacidæ mẽdacia mittit
Scripta, Damaſcenus proditor vnde patet :
Ira patrocinium excludit, ſic plectitur inſons,
Et fuit innocuo dextra reſecta Duci ;
Quæq; Deum defenſarat Natumq; Parentemq;
Inuentos viſa eſt ingenuiſſe dolos :
Ille tamen Mariæ fretus tutamine, Diuûm
Spe plenus ſomno membra fouenda dedit:
Cum ſtetit ante oculos Mariæ radiantis Imago
Frons hilaris, ridens ſumma, tota decor :
Et ſubitò ſacrata mihi iam reddita Dextra eſt,
Et vitæ auxilijs ſpes tua freta meis ;

Viue

Viue meus pactamq; fidem, dux inclyte, ſerua,
  Seq; mihi promptam præſtet vbiq; manus:
Ore licet rabido frendat Leo, temne furentem,
  Viue Deo, & vanas ſenſeris eſſe minas.
Scribe hymnos laudeſq; meas & carmina conde,
  Siue latina velis, ſiue pelaſga velis:
Sic illa: & dictis excitus Virginis, altè
  Obſtupet, & ſaluam repperit eſſe manum;
Nec mora, ſe tollit lecto, monſtroq; recenti
  Terrentur gelido pectora quaſſa metu:
Fibra ſalit, mentem cæleſtia gaudia tentant,
  Multa loqui vellet, nec potis vlla loqui:
Aſpicit incolumem dextram verſatq; mouetq;,
  Nec dolor vllus ineſt, nec fluit inde cruor;
Intuitumq; explens iterumq; iterumq; retractat,
  Et Mariam repetit Diuiparamq; vocat;
Reddere vult grates, verba imperfecta ſequuntur
  Murmurat, obloquitur, pallet ab ore, rubet:
At poſtquam cæptis rediit mens integra; Vate
  Dulcius Odryſio plectra canora mouens,
In cantus Superis dignos ſic ora reſoluit
  Cernuus effigiem Virginis ante ſuæ:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra
  Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ;
Ergo pares tibi quas referam dulciſſima grates?
  Quaſue canam laudes candida Diua pares?
Vna foret totus mundus ſi lingua, canendis
  Ille tuis meritis non ſatis apta foret:
Mille tuam circum præfulgent ſidera frontem;
  Teq; tuis pedibus Cynthia preſſa colit:
Sol inſtar chlamydis totam circundat ouantem,
  Pectore nam voluit ſol latuiſſe Deus:
Tota tibi tellus cæleſtes plaudit honores,
  Plaudit opes pontus, plaudit olympus opes:

Stellarum tibi cæſaries radiata corona
Fulgurat,& Phœbi vincit honore iubar:
Maieſtas in fronte ſedet ſine nube, ſerena
Vnde vibrat Superùm ſpicula mille Charis;
Lumina quid memorem pio flammata decore?
Vndè beatus amor tela beata rotat?
Turturis ipſa genas præfers,collumq; monile,
Seſſitat in ſacris Gratia blanda labris:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Vbera ſunt gemini fontes diuinitus vnde
In genus humanum profluit omne bonum:
Tota decor ſplendes, magnoq;vocare Tonante
Virginitatis honor, Virginitatis amor:
Os quoties referas toties tibi geſtit Olympus:
Et ſubdunt faſces regna beata ſuos:
Mellea tota mihi Virgo es,lux totaq;, quidni?
Luce mihi pandis pectora,melle tranis:
Aſpera caute magis mihi frigent viſcera,flāma es
Vre tuis facibus,numine tange tuo:
Ite Acheronthææ ſub tartara veſtra cateruæ,
Ite Erebi ad ſtygios horrida monſtra lacus:
Virgo docet ſacris adolere altaria tædis,
Virgo docet niuea reddere dona manu:
Huic meſſes Arabum dentur,ſiluæq; Sabææ;
Et quidquid Cilicum lacrymat omne nemus:
Fulgentis raros Mariæ expreſſiſſe nitores
Nemo queat cælo,nemo colore queat:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Quæ noua flamina mihi mellitim viſcera torret?
Ite metus procul hinc,gaudia Virgo parit:
Ecce ſequor,quocunq; rapis, te Coſme requiro,
Me ſpelunca vocat, me tua ſilua vocat:

Vox

Vox tua prima fuit cœli mihi fulgida lampas,
  Quæ tenebras Orci iuſſit abire procul:
Agnoſco diuina tuæ modulamina linguæ
  Virgo facem præfert, quid timuiſſe velim?
Amentes valeant, qui ſardanapalia curant,
  Æthereos ſenſus concaua teſqua ferunt:
Attalicas calco veſtes aſarotaq; temno,
  Spes quibus eſt cœlum, vilia vota nihil:
Felix cui nullæ faciunt conuitia culpæ,
  Felix quem pietas in ſua vota rapit:
Sceptra tenes mundi, noſtri gere libera ſceptra
  Cordis, frænandum cor tibi trado meum:
Dulce mihi pignus Mariæ modo reddita Dextra
  Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ,
LENIRI facilis Deus eſt, & crimina lente
  Exigit, at prompta dat ſua dona manu:
Aſſequar vt Chriſti ambroſiam, nil cetera curo,
  Quod permanſurũ eſt, cælitus omne bonũ eſt:
Quid mihi ſi totus deſpumet lydius Hermus?
  Quid tituli, & Regum gratia, & orbis opes?
Tam citò fama cadit ventoſo freta volatu,
  Imbribus in ſubitis quam citò bulla cadit:
Diua meas turpes fræna flammaſq; ſitimq;,
  Tu fluis æthereæ limpidus humor aquæ:
Æternum tibi me voueo, tua ſola voluntas
  Mente fruenda mea, corde fouenda meo:
Delicias dabis Aligerum ſpelæa colenti,
  Et bona poſt obitum perpetuaſſe dabis:
Diues eram dicam, Chriſtus me fecit egenum,
  Et retuli, quidquid prodigus ille dedit:
Diues eram, dicam, Mariæ ſum factus egenus,
  Nam pro pauperie ſe dabit illa mihi:
Dulce mihi pignus Mariæ modo reddita Dextra
  Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:

Lu-

Lucidior folijs niuei mea Diua liguſtri,
Splendidior vitro candidiorq; niue:
Floridior prato ſub verni temporis hora,
Nobilior violis, nobiliorq; roſis:
Vincis Erythræos nitido fulgore ſmaragdos,
Cedit & ardenti purpura tincta croco:
Si tecum puro certet candore pruina,
Helleboro nigra ſit cana pruina magis:
Lumina quà voluis cœli iacularis amores,
Vibrat & ardentes pupula dià faces:
In me verte oculos, mea mens tibi ſeruiat vſq;
Veſpera ſiue cadat, ſiue reſurgat eos.
Tu mihi tutamen Virgo, tu Virgo medela,
Lux mea, vita, quies, gloria, norma, ſalus:
Armenij Cilicesq; feri, Taurumq; colentes
Exhibeant famulas ad tua ſacra manus:
Aſſiat, quà Zephyrus, Boreas quà ſequit & Eurus
Quàq; Notus rapidas turbidus vrget aquas:
Mille tibi ſurgant aræ, tibi thura caleſcant,
Torpeat in cultus nec manus vlla tuos:
Publica ſpes mundi luces, te mundus adoret,
Torpeat in laudes lingua nec vlla tuas:
Dulce mihi pignus Marię modò reddita Dextra,
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Barbyta, plectra ſonẽt, te nablia mille frequẽtẽt,
Concordeſq; tubæ, tympana, ſiſtra, lyræ:
Diffluat in gemmas Oriens, in carmina Cęlum,
Non meritis Oriens, non polus æqua ferat:
Ad ſiluas me Virgo vocas? ad inhoſpita ſaxa?
Coſmus vbi vitæ ſit via certa meæ:
Perdius & pernox hilaris tibi Diua vacabo,
Sic necis æternæ neſcius eſſe queam:
Turpia ſic reprimam deliramenta Iuuentæ,
Detur & in ſenſus imperitare meos:

Terra dabit menſam, tyrium mihi terra cubile:
Membra tibi vigeant debilitante fame:
Maxima ſtant magno, magno venalis Olympus,
Ardua non timida ſunt ſuperanda manu:
Virgo faue votis, ſeruum nec deſpice amantē,
Virgo faue cæptis, iam ſuper aſtra feror:
Dulce mihi dignus Mariæ modo reddita Dextra
Deſine iam Diuæ carmina pacta tuæ:
Deſine, nūc vocor ad montes, vbi plura canemus
Nec Mariæ dextro numine deſes eris:
Patria cara vale: remorantem Coſme reprēdis?
En venio promptus corpore, mente vigil:
Pars ſtadij ſuperata: labor du[illegible] ſpumat equorū,
Tempore ſunt paruo colla leuanda iugo.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS.
DE ARTE AMANDI VIRGINEM.

ALTERA Pars operis ſurgit mihi, fortius vrge
Muſa per aſſuetos emodulanda pedes;
Viribus vſa tuis auſa es temeraria Magnæ
Virginis æthereas concinuiſſe faces:
Ah' melius tacuiſſe,foret, texiſſe vel intra
Os veſtem, vires faſſa pudore tuas:
Quid loquor Imprudẽs? Mariã Permeſſidos altũ
Non trahit eloquium ſed pietatis amor:
Cui curæ eſt iuuiſſe animos non ore rotundo
Fundat opes cedro carmina digna canens;
Senſa Deus pluris quam verba tonantia ducit,
Non fandi gemmas, ſed pia dicta colit:
Plenus erat Diuûm Franciſcus numine, ſacra
Et vix pierijs ora rigarat aquis:
Obſtupuere tamen volucreſq; feræq; canentẽ,
Cælicolæq; rudes obſtupuere ſonos;
Fuſarumq; ſacro allectus modulamine vocum
Aures cantanti præbuit ipſe Deus:
Dulce canant alij Phæbæi carmina Cygni,
Et nugas ornent ore ſonante leues:

Tu

Tu faciles meditare modos famulata Tonanti,
Et quamuis tenuis regna ſuperna doce;
Siderei longum viuant fortaſſe calores,
Conatuſq; canant poſtera ſecla tuos:
Ergo ades ò Iuuenis Mariæ quē dona morātur;
Ergo ades & cæptam, me Duce, carpe viam:
Hinc præcepta dabo cœlo queis viuere poſſis,
Promptus & ad nutum Virginis eſſe tuæ:
At pauidus, ſi dura voces, dura eſſe fatemur,
Magna ſed audaci ſunt peragenda manu:
STAT paruo ſudore viris mercabile Cœlum,
Quidquid habes curæ, præmia cerne, leue eſt:
Sæpe bibo ſuccos quamuis inuitus amaros,
Vt ſtomachum bilis deſerat atra meum:
Frigida lympha placet? medicorū lege negatur,
Fragis oblector? fraga cupita vetant.
Et mala tot patior redimatur corpus vt ægrum,
Roboret & priſcus languida membra vigor;
At mea iuſſa dabunt vlſo ſine fine fruendam
Diuiparam, æterni colloquiumq; Dei:
Nil timeas, aude, conantem Virgo iuuabit,
Et validam feſſo porriget illa manum:
Ad Mariam eſt aditus primus purgare reatus,
Et commiſſorum depoſuiſſe luem;
VTILE propoſitum turpes extinguere flammas,
Et vitijs vacuum pectus habere ſuum:
PVRA manus tibi ſit, mēs integra, cādida corda,
Et ſtatuiſſe mori, quam violaſſe Deum:
Fræna oculos, motuſq; animi ſenſuſq; rebelles,
Semper habes tecum, qui tibi bella mouent:
INTERNOS ſuperaſſe hoſtes ſis gloria prima,
Vlterius ſine qua non datur ire tibi:
Victorem Virgo egregium gratetur amantem,
Ridens optato ſuſcipiatq; ſinu:

Ter-

Eſt opus egregijs animis,ſumus incly ta proles,
  Nos animat Virgo degenereſq; notat:
Segnitie; procul omnis eat, ſtygiũq; veternum,
  Poſſe dedit Cœlo viuere,velle dabit:
Quiſq; preces fundat fidei fulcimine tutus,
  Virgo colenda fide, Virgo colenda prece:
Noſtrarum fit Virgo precum reſonabilis Echo,
  Quaſq; ferat Nato percipit aure ſuo:
Quin cordis lacrymas & muta ſilentia cernens,
  Pro miſeris fundi pandit ab ore melos:
Nilq; ſibi intactum linquit, nil linquit inauſum,
  Pignoris vt vindex detonet ira ſui:
Dum Turba Iſacidum duræ ceruicis adorat
  Mentis inops aurei numina falſa bouis,
Et circum læti Iuuenes teneræq; puellæ,
  Intexunt feſtos voce rogante, choros:
Indulgentq; ſuo Genio vituloq; propinant
  Siccantes liquidi pocula plena meri:
Oraq; tartareis populus madefacta venenis
  Eumenidum flammis præcipitatus agit.
O'gens Iſacidum, gens ò læuiſſima, ſunt hi
  Cernua, Dij, cultu quos venerere tuo;
His tibi Numinibus vires præbentibus oras
  Feſta Parethonias deſeruiſſe potes:
Hos propriæ fecere manus, tua dona renident,
  Noueris hos faciles tempus in omne tibi;
En Deus ad Moſen proclamat percitus ira
  Vlturus proprij Numinis ipſe decus,
Me dim itte,dabit meritas gens impia pœnas,
  Ignea conceptus ſunt mihi tela furor:
Vincla Deꝰ gerit omnipotẽs?quo ſtamine Moſes
  Indomitas valuit edomuiſſe manus?
Vinclaſ uere preces,precibus vincire Tonantem
  Quiſq; poteſt,iras flectere quiſq; pius;
Hos

Hos ſibi Dominicum referunt geſſiſſe triũphos,
FRANciſcum & palmas obtinuiſſe prece.
Ara dicata tibi telis transfixe Sebaſtes
Fregit funeſtæ noxia tela necis;
Volue ſacros faſtos, tibi mille exempla legentur,
Ne morer in claris, conſule ſcripta Patrum:
Ergo magis quanto potis eſt caſtiſſima Mater
Vltorem Natum conciliaſſe ſuum?
Figit in obtutum Nati cum lumina Virgo,
Natus & in Matrem lumina fixa tenet:
Vtraq; corda rogo latè torrentur eodem,
Et face diuus amor flammat vtrumq; pari:
Tum petijſſe Parens gaudet, Natuſq; petitis
Plura dat, & maiora vt roget illa, rogat:
At ſi quando grauis non pectoris ire quierit,
Matris & excludat vota preceſq; ſuæ:
Tum Virgo ſubmiſſa genu lacrymiſq; profuſa
Procidit irati Pignoris ante pedes:
Nec prius abſiſtit quam cæpto auſoq; potita
Fulmineas precibus fregerit alma minas:
Omnia Virgo poteſt, nec alũnos deſerit vnquã,
Quos famulos verè ſenſerit eſſe ſuos:
Triſtibus hinc reperta Virùm fidiſſima rebus,
Mille gerit formas, nomina mille refert:
Nocte micat nautis ſidus bacchantibus Auſtris
Eſt opus auxilijs? auxiliata fauet:
Pugnandum contra Ditem? nil fortius illa,
Expetit æger opem? ſedula præbet opem:
Capta oculis orat mulier, lux lumina reddit,
Trunca manus? ſoſpes redditur ecce manus:
Mitto exempla roſas numero ſuperantia Pæſti,
Et rapidos fluctus perfida Scylla tuos;
Omnia prætereo, nam portum cernit ab alto
Optatum cæptis feſſa Thalia mari.

Dextra Damaſceni iuſſis abſciſſa Tyranni,
Quam trunco iunxit Virgo rogata ſuo:
Extremos libri tractus iam circinet, & res
Trita licet Charites ſors iterata gerat;
Rex Orientis opes frænabat Iſaurius, ille
Impia cui ſæui facta Leonis erant:
Acribus inſanæ flammis agitatus Erynnis
Auſus in æthereas bella mouere plagas:
Iuſſerat è templis tabulas detrahier omnes
Congeſtiſq; dari pabula dira rogis;
Non tibi ſūme Deus, tibi nō pia Virgo pepercit,
Diuùm nullus honos, omnia flamma vorat:
Molitur quoq; vindicibus tormenta neceſq;
Addit & occultos multipliceſq; doloſ:
Ecce Damaſcenus diuino percitus œſtro
Ore manuq; ſacros protegit vſq; typos:
Imbiberat magni eloquium cū nectare Coſmi,
Et vult pro ſarcta relligione mori;
Digna palam cedro ſcribit, vulgataq; laudat
Quiſq; pius, munit pectora quiſq; ſua:
Scit frenditq; Leo, rabie monet omnia, & hoſtī
Præparat infami proditione necem:
Fraus habet euentum; Arſacidæ mēdacia mittit
Scripta, Damaſcenus proditor vnde patet:
Ira patrocinium excludit, ſic plectitur inſons,
Et fuit innocuo dextra reſecta Duci;
Quæq; Deum defenſarat Natumq; Parentemq;
Inuentos viſa eſt ingenuiſſe dolos:
Ille tamen Mariæ fretus tutamine, Diuùm
Spe plenus ſomno membra fouenda dedit:
Cum ſtetit ante oculos Mariæ radiantis Imago
Frons hilaris, ridens ſumma, tota decor:
Et ſubitò ſacrata mihi iam reddita Dextra eſt,
Et viſcera auxilijs ſpes tua freta meis;

Viue

Viue meus pactamq; fidem, dux inclyte, ſerua,
Seq; mihi promptam præſtet vbiq; manus:
Ore licet rabido frendat Leo, temne furentem,
Viue Deo, & vanas ſenſeris eſſe minas.
Scribe hymnos laudeſq;meas & carmina conde,
Siue latina velis, ſiue pelaſga velis:
Sic illa: & dictis excitus Virginis, altè
Obſtupet, & ſaluam repperit eſſe manum;
Nec mora, ſe tollit lecto, monſtroq; recenti
Terrentur gelido pectora quaſſa metu:
Fibra ſalit, mentem cæleſtia gaudia tentant,
Multa loqui vellet, nec potis vlla loqui:
Aſpicit incolumem dextram verſatq; mouetq;,
Nec dolor vllus ineſt, nec fluit inde cruor;
Intuitumq; explens iterumq;iterumq; retractat,
Et Mariam repetit Diuiparamq; vocat;
Reddere vult grates, verba imperfecta ſequuntur;
Murmurat, obloquitur, pallet ab ore, rubet:
At poſtquam cæptis redijt mens integra; Vate
Dulcius Odryſio plectra canora mouens,
In cantus Superis dignos ſic ora reſoluit
Cernuus effigiem Virginis ante ſuæ:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra;
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ;
Ergo pares tibi quas referam dulciſſima grates?
Quaſue canam laudes candida Diua pares?
Vna foret totus mundus ſi lingua, canendis
Ille tuis meritis non ſatis apta foret:
Mille tuam circum præfulgent ſidera frontem;
Teq; tuis pedibus Cynthia preſſa colit:
Sol inſtar chlamydis totam circundat ouantem,
Pectore nam voluit ſol latuiſſe Deus:
Tota tibi tellus cæleſtes plaudit honores,
Plaudit opes pontus, plaudit olympus opes:
Stel-

Stellarum tibi cæſaries radiata corona
 Fulgurat,& Phæbi vincit honore iubar:
Maieſtas in fronte ſedet ſine nube, ſerena
 Vnde vibrat Superùm ſpicula mille Charis;
Lumina quid memorem pio flammata decore?
 Vnde beatus amor tela beata rotat?
Turturis ipſa genas præfers,collumq; monile,
 Seſſitat in ſacris Gratia blanda labris:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra
 Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Vbera ſunt gemini fontes diuinitus vnde
 In genus humanum profluit omne bonum:
Tota decor ſplendes, magnoq;vocare Tonante
 Virginitatis honor, Virginitatis amor:
Os quoties referas toties tibi geſtit Olympus:
 Et ſubdunt faſces regna beata ſuos:
Mellea tota mihi Virgo es,lux totaq;, quidni?
 Luce mihi pandis pectora,melle tranis:
Aſperaſcaute magis mihi frigent viſcera,flāma es
 Vre tuis facibus,numine tange tuo:
Ite Acheronthææ ſub tartara veſtra cateruæ,
 Ite Erebi ad ſtygios horrida monſtra lacus;
Virgo docet ſacris adolere altaria tædis,
 Virgo docet niuea reddere dona manu:
Huic meſſes Arabum dentur,ſiluæq; Sabææ;
 Et quidquid Cilicum lacrymat omne nemus:
Fulgentis raros Mariæ expreſſiſſe nitores
 Nemo queat cælo,nemo colore queat:
Dulce mihi Mariæ pignus modo reddita Dextra
 Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Quæ noua flamina mihi mellitim viſcera torret?
 Ite metus procul hinc,gaudia Virgo parit:
Ecce ſequor,quocunq; rapis, te Coſme requiro,
 Me ſpelunca vocat, me tua ſilua vocat:

Vox

Vox tua prima fuit cœli mihi fulgida lampas,
Quæ tenebras Orci iuſſit abire procul:
Agnoſco diuina tuæ modulamina linguæ
Virgo facem præfert, quid timuiſſe velim?
Amentes valeant, qui ſardanapalia curant,
Æthereos ſenſus concaua teſqua ferunt:
Attalicas calco veſtes aſarotaq; temno,
Spes quibus eſt cœlum, vilia vota nihil:
Felix cui nullæ faciunt conuitia culpæ,
Felix quem pietas in ſua vota rapit:
Sceptra tenes mundi, noſtri gere libera ſceptra
Cordis, fræaandum cor tibi trado meum:
Dulce mihi pignus Mariæ modo reddita Dextra
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ,
LENIRI facilis Deus eſt, & crimina lente
Exigit, at prompta dat ſua dona manu:
Aſſequar vt Chriſti ambroſiam, nil cetera curo,
Quod permanſurũ eſt, cælitus omne bonũ eſt:
Quid mihi ſi totus deſpumet lydius Hermus?
Quid tituli, & Regum gratia, & orbis opes?
Tam citò fama cadit ventoſo freta volatu,
Imbribus in ſubitis quam citò bulla cadit:
Diua meas turpes fræna flammaſq; ſitimq;,
Tu fluis ætherea limpidus humor aquæ:
Æternum tibi me voueo, tua ſola voluntas
Mente fruenda mea, corde fouenda meo:
Delicias dabis Aligerum ſpelæa colenti,
Et bona poſt obitum perpetuaſſe dabis:
Diues eram dicam, Chriſtus me fecit egenum,
Et retuli, quidquid prodigus ille dedit:
Diues eram, dicam, Mariæ ſum factus egenus,
Nam pro pauperie ſe dabit illa mihi:
Dulce mihi pignus Mariæ modo reddita Dextra
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:

Lu-

Lucidior ſolijs niuei mea Diua liguſtri,
Splendidior vitro candidiorq; niue:
Floridior prato ſub veris temporis hora,
Nobilior violis, nobiliorq; roſis:
Vincis Erythræos nitido fulgore ſmaragdos,
Cedit & ardenti purpura tincta croco:
Si tecum puro certet candore pruina,
Helleboro nigra ſit cana pruina magis:
Lumina quà voluis cœli iacularis amores,
Vibrat & ardentes pupula dia faces:
In me verte oculos, mea mens tibi ſeruiat vſq;
Veſpera ſiue cadat, ſiue reſurgat eos:
Tu mihi tutamen Virgo, tu Virgo medela,
Lux mea, vita, quies, gloria, norma, ſalus:
Armenij Cilicesq; feri, Taurumq; colentes
Exhibeant famulas ad tua ſacra manus:
Afflat, quà Zephyrus, Boreas quà ſęuit & Eurus
Quaq; Notus rapidas turbidus vrget aquas:
Mille tibi ſurgant aræ, tibi thura caleſcant,
Torpeat in cultus nec manus vlla tuos:
Publica ſpes mundi luces, te mundus adoret,
Torpeat in laudes lingua nec vlla tuas:
Dulce mihi pignus Marię modò reddita Dextra,
Scribe memor Diuæ carmina pacta tuæ:
Barbyta, plectra ſonēt, te nablia mille frequētēt,
Concordeſq; tubæ, tympana, ſiſtra, lyræ:
Diffluat in gemmas Oriens, in carmina Cęlum,
Non meritis Oriens, non polus æqua ferat:
Ad ſiluas me Virgo vocas? ad inhoſpita ſaxa?
Coſmus vbi vitæ ſit via certa meæ:
Perdius & pernox hilaris tibi Diua vacabo,
Sic necis æternæ neſcius eſſe queam:
Turpia ſic reprimam deliramenta Iuuentæ,
Detur & in ſenſus imperitare meos:

Ter-

Terra dabit menſam, tyrium mihi terra cubile:
  Membra tibi vigeant debilitante fame:
Maxima ſtant magno, magno venalis Olympus,
  Ardua non timida ſunt ſuperanda manu:
Virgo faue votis, ſeruum nec deſpice amantẽ,
  Virgo faue cœptis, iam ſuper aſtra feror:
Dulce mihi dignus Mariæ modo reddita Dextra
  Deſine iam Diuæ carmina pacta tuæ:
Deſine, nũc vocor ad montes, vbi plura canemus
  Nec Mariæ dextro numine deſes eris:
Patria cara vale: remorantem Coſme reprẽdis?
  En venio promptus corpore, mente vigil:
Pars ſtadij ſuperata: labor du[illegible] ſpumat equorũ,
  Tempore ſunt paruo colla leuanda iugo.

FINIS LIBRI PRIMI.

Tu faciles meditare modos famulata Tonanti,
Et quamuis tenuis regna ſuperna doce;
Siderei longum viuant fortaſſe calores,
Conatuſq; canant poſtera ſecla tuos:
Ergo ades ò Iuuenis Mariæ quē dona morātur;
Ergo ades & cæptam, me Duce, carpe viam:
Hinc præcepta dabo cœlo queis viuere poſſis,
Promptus & ad nutum Virginis eſſe tuæ:
At pauidus, ſi dura voces, dura eſſe fatemur,
Magna ſed audaci ſunt peragenda manu:
STAT paruo ſudore viris mercabile Cœlum,
Quidquid habes curæ, præmia cerne, leue eſt:
Sæpe bibo ſuccos quamuis inuitus amaros,
Vt ſtomachum bilis deſerat atra meum:
Frigida lympha placet? medicorū lege negatur,
Fragis oblector? fraga cupita vetant.
Et mala tot patior redimatur corpus vt ægrum,
Roboret & priſcus languida membra vigor;
At mea iuſſa dabunt vlſo ſine fine fruendam
Diuiparam, æterni colloquiumq; Dei:
Nil timeas, aude, conantem Virgo iuuabit,
Et validam feſſo porriget illa manum:
Ad Mariam eſt aditus primus purgare reatus,
Et commiſſorum depoſuiſſe luem;
VTILE propoſitum turpes extinguere flammas,
Et vitijs vacuum pectus habere ſuum:
PVRA manus tibi ſit, mēs integra, cādida corda,
Et ſtatuiſſe mori, quam violaſſe Deum:
Fræna oculos, motuſq; animi ſenſuſq; rebelles,
Semper habes tecum, qui tibi bella mouent:
INTERNOS ſuperaſſe hoſtes ſis gloria prima,
Vlterius ſine qua non datur ire tibi:
Victorem Virgo egregium gratetur amantem,
Ridens optato ſuſcipiatq; ſinu:

Ter-

Terreat exceptum fruſtrà iuratus Auernus,
Et Ditis fruſtrà turba inimica fremat:
Virginis incolumem ſi te conſeruet Aſilum,
Cui famulor longas dìc habet illa manus:
Dic ego veſanos Orbis contemno furores,
SOSPES enim placida nat mihi linter aqua;
Sed mea vela vocant Zephyri: ſi dicta ſophorū
Cordato pluris ſunt facienda tibi;
Conſenſus morū eſt genitor dominâtis amoris,
Nam ſimili ſimilis mos in amante rapit,
Sic animi non ſoluendi iunguntur in vnum,
Sic citò creſcit amor,ſic manet ille diu:
Hinc tacitis alij rapiunt mea pectora flammis,
Conceptuſq; recens ignis vtroſq; cremat:
Contrà alijs tetrico ingenio vix blandior,vltrò
Mutua nec ſenſus blanda fauilla trahit:
Iunge Heraclitum Gelaſino, aduerſus vterq;
In promptu cauſa eſt, ridet hic, ille gemit;
Ergo ſi morum nutrit concentus amorem,
Creſcit & ad ſummū qui modo paruus erat:
Exemplar propone, tuos quod ſemper oberret
Ante oculos facts: Virgo imitanda tibi:
At ſi deficias,& mens ſuccumbat in auſis,
Virgo dabit vires inualidumq; reget:
Alta nimis ſtat meta: tamen ne deſere cæptum,
Mox referes votis fertiliora tuis:
Non album ſemper collimant ſpicula, magnum
Et longè eſt ictu non abijſſe decus:
Sis memor ad normam totis contendere neruis,
ARDVA conantem roborat ipſe Deus:
Diuiparæ adſcribi raros cupis inter Alumnos?
Poſt obitum ſuperas vt mereare domos?
Virginis Vnigenam prolem venerare Deumq;
Hoc nihil eſt melius nilq; neceſſe magis:
Per-

ꝑetuò diuina tibi præcepta colantur,
Quæq; iubent ſerua dogmata priſca Pat rum
ſtit amans Mater Nati dominantis honore,
Sol radiat Natus, Cynthia caſta Parens:
unam totus diffunditur ille, niualem
Auricomis radijs excipit ipſa Deum:
actis Mariæ claros mirare triumphos,
idereaſq; faces æthereoſq; rogos:
utes imitare ſagax animiq; nitores
Vincentes radios Phœbe ſuperbe tuos;
orũ nec minimam fas eſt me tangere partem,
les licet aonijs concinuiſſe modis;
uta flammigero proles Clymeneia ſole
d ripas iacuit contumulata Padi:
DENDVM tamẽ in magnis,qui ſeruit Olym-
Occumbet felix, excidat ille licet; (po
nis ergo meis monitis tibi fulget amanda
iuiparæ nulla labe notata Fides;
nos lampas Proceres cum dia reliquit,
la etiam cæco turbine victa perit:
nter tenebras picea cal igine fœtas
itis & horrores Cimmerioſq; metus:
a rerum natura parens quaſſata labaſcit,
ternumq; timet flebilis æthra Chaos:
micat lampas, fax vnica Virgo ſuperſtes,
lla licet moueat Tiſiphonea cohors:
lum furiata manus Chriſtum obrue vinclis,
nde genas colaphis, tempora cinge rubis,
uineis ſcelerata natent Prætoria riuis,
ngueat & factus nil niſi plaga Deus,
ruce transfixus tandem pectuſq; manuſq;
ccumbat letho publica vita Virûm;
ia Virgo tamen tenebroſis cedere nimbis
ate Crucem ſecum talia dicta refert;

Sponte ſua hæc patitur noſter Natuſq; Deuſq;
Certa fides nobis mox rediuiuus erit,
Ipſe catenatum ducet Plutona frementem,
Quæq; ſuperba fuit mors quoq; vincla geret:
Orce gemis Patrum claris viduate trophæis,
Scandit & in Superos Turba redēpta choros:
Hanc imitare fidem Mariæ munimine firmam,
Cui vis non ſtygij præualitura Ducis:
Dæmonis hac mot⁹ crebros,hac deſpice acumē,
Stet tibi ſancta fides, indubitata fides:
Simplicitas tibi ſit cordi victura columbas,
Firmetur ſolida ſed rationis ope:
Talis eris ſi corda geres lædentia nullum,
Fortiter aſt omnes prompta iuuare geres;
Talis eris laqueis ſi te diſſolueris Orbis,
Implicitum nullo ſtamine Virgo probat:
Hæc vafros odit cœlo gratiſſima virtus,
Et quoſcunq; tegit pellis ouina lupos:
Calliditas mundi Mariæ eſt indigna triumphis,
Improba calliditas deſipit ante Deum:
Hæc Regum penetret falſis ambagibus aulas,
Heroumq; animos atq; alarota colat;
Eſto tibi ſimplex Viuamq; imiteris amantem,
Nec proprios ſenſus iuſſa aliena grauent:
Virgo puella fuit,templo eſt operata puella,
Maiorum & dictis obſequioſa fuit:
Biſſenos hic inſumpſit feliciter annos,
Præſtitit & famulas ad pia ſacra manus:
Parentem ſpeculare Deam, cui paret Olympus,
Obſequij hæc doceat ſubdere colla iugo:
Duc vitam arbitrijs alienis, vince ferendo,
Qui benè nam paret,iuſſerit ille benè;
Hinc fortis tibi naſcetur tolerantia rerum,
Et diſces domito corpore multa pati:

Sa-

Sacra manus Mariæ ſceptrum geſtura ſupernum;
Sponte ſua rebus vilibus apta fuit:
Vidiſſes illam ſatagentem & dura ferentem,
Promptamq; officijs ſedulitate pijs:
Vidiſſes cœlo Superum deſcendere cœtus,
Sollicitoq; Deæ munere ferre cibos:
Sed maior fax ecce rapit tua lumina Solis,
Phæbæumq; colunt aſtra minora iubar:
Virginitatis opes hoc iactat Germen Olympi;
Attraxitq; Deum Virginitatis odor:
Virgo es, conſtanter tenerum tutare pudorem,
Turpiter at fatuo perdita gemma tibi eſt?
Iacturam luctu redimas mæroreq;, ſalſis
Fluminibuſq; natet molle cubile tuis:
Nec lacrymaſſe ſatis, turpes ſed cōprime curas,
Cypridis & motus nocte dieq; doma:
Dein victor caſtum præſta te ſemper amanti,
Nam Charites caſtis non negat illa ſuas:
Hac virtute prior nulla eſt; nec pulchrior vlla,
Illa ſibi mentem, corpus & illa petit:
Hic opus intrepidis animis, hic pectore firmo,
Hic ſunt audaci bella gerenda manu;
Hoſtes nam tecum veniunt, & vbiq; quieſcunt,
Sēper & arma mouent, ſemper & arma gerūt;
Vinci difficiles, & vafrè vincere ſueti,
Mille nouant vultus, corpora mille nouant:
Vincuntur, redeunt, terrentur, fortius vrgent,
Atq; abiere licet, non obiere tamen:
Legeris hinc Diuos inter vepreſq; ruboſq;
Inter & alpinas procubuiſſe niues;
Ardenteſq; ſuper nudatos corpora prunas
Extinxiſſe ignes quos Cytherea mouet:
Natiuumq; Iubar vultus temeraſſe puellas,
Aureolaſq; comas purpureaſq; genas:

Dentibus & linguas ſibi diſſecuiſſe, tuendæ
Tantæ molis erat Viriginitatis opus :
Ante omnes Virgo caſtiſſima prima dicauit
Sponte Deo formam Virgineumq; decus :
Vixq; ſuos vitæ teneros inceperat annos
Totaq; flagrabat gloria, tota Charis :
Flexa genu cœlo tollens cum lumina dixit,
Excipe me, voueo, ſum tua ſerua, tibi ;
Tu meus ignis eris, ſi pectus calfacis æſtu,
Vri nec potero nobiliore rogo:
Cerne volũtatem promptam ſeruire, animumq;
Cætera vileſcunt. ſum tua tota Deus :
Caſta placent, caſtâ voueo cum pectore mentẽ,
Da mihi perpetua Virginitate frui ;
Malo mori quam ſacratum temerare pudorem,
Illum quam verbo lædere, malo mori:
Dirige tu vitam, mentis tu dirige curas,
Tu mea cura Deus, Tu mea vita Deus:
Hoc mihi mente manet fixum ſtabitq; perenne,
Serua tibi ſemper, Virgoq; ſemper ero ;
Virginitas cui non curæ? quæ barbara tellus
Non coluit niueas Virginitatis opes ?
Perſica prunarum rapidos ſuperambulat ignes
Virgo, nec intrepidæ pellis adusta pedum eſt :
Stridentes eadem veſani fluminis vndas
Calcat, nec fluidis planta madeſcit aquis:
Virginibus decus æternum non Roma negauit,
Nam cui Veſtalis non benè notus honor ?
En puppim Cybeles hærentem Tybridis alueo
Apprenſam zona Claudia Virgo trahit :
Roma ſtupet, plauſuq; fremunt ripæq; domuſq;
Vernat & illæſus Viginitatis odor :
Præterijſſe nefas Druidas quos Gallia iactat,
Quoſq; aluit celſis quernea ſilua iugis,
Ipſe

Ipſe Deus nondum noſtros veſtiuerat artus,
  Victurus ſtygij monſtra ſuperba Ducis:
Cum gens vana licet cādēti è marmore tēplum,
  Struxit vbi ſedes caſta pudoris erat:
Auguſtaq; notas grandes in fronte locauit,
  Virginis eſt Templum quæ paritura Deum:
Hæc horret nomen Matris Gabrielis ab ore,
  Et mauult Virgo quàm violata Parens:
Abnegat eſſe Dei Genitrix, iactura pudoris
  Quem iam ſacrarat, ſi facienda ſui:
O candor, quem nulla ſatis præconia tollant,
  Cælicolum cantent pectora docta licet.
Hìc vitæ caſtos mores, cæleſtis alumne,
  Indue; & obſcænas diſce fugare faces:
Martyrij ſpecies Pudor eſt ſine ſanguine, menti
  Infixum maneat perpetuumq; tuæ:
Texe nouam capiti clara de fronde coronam,
  Æternis dabitur palma referta bonis:
Greſſum infer, firmaq; pedē, dū prouocat hoſtis,
  Martyr eris cœli, prælia fortis obi:
Nec ſatis, vt ſerues illæſo flore pudorem,
  Effuge amatores agmina fæda Virûm.
Pelle procul Veneris qui mollia carmina cātant,
  Quæq; mouent ſenſus lesbia plectra fuge;
Vidi aliquem ſtygios qui debellauerat hoſtes,
  Ad feſcenninos procubuiſſe modos,
Qui ſcriptis vel colloquijs te lædere poſſint
  Sint procul, amoto fomite flamma perit:
Mellis apis genitrix doceat te cæliteritu
  Monſtra voluptatum quo fugienda modo:
Turpiter hæc Veneris male olentes labe recenti
  Vexat, & anxifera, quà potis, angit acu:
Lancinat inſequitur polluti labra genaſq;
  Sontis & aduerſus lumina tela vibrat:

Melliferam gentem quis non miretur ametq; ?
Tutantem ſacras virginitatis opes ?
Chryſolitum ſuperes ſedantem Cipridos ignes:
Cœli & Chryſolitus factus vbiq; nite:
Quin humiles ſenſus caſtis quoq; moribus adde;
Non minus eſt humilis quam tua caſta Deo :
Lilia cana roſæ ſic miſta nitentia vidi,
Seiunctim fulgent, ſed mage iuncta placent:
Mens humilis roſa dicatur, quæ naſcitur inter
Spinarum ſegetem multipliceſq; metus:
Et quamuis iaculis circumuallerur acutis,
Vndiq; & hoſtiles ſentiat illa rubos:
Pulchra tamen late panchæos fundit odores,
Eq; ſinu Tyrias pandit ad aſtra comas:
Sis humilis caſtuſq;, tua iam dignus Amante es
Se canit Ancillam; dum canit illa, Dei:
Hæc alias inter virtutes emicat altè,
Et mandante Deo ſceptra decora gerit:
Enecat hæc angues vitiorum fortis & audax,
Et premit inuicto Tartara victa pede:
Dicitur hoſpitium Monados Triadoſq;, veranda
Ætherei tantum numinis illa tenet:
Virginitas deſit, Cœlum non pelleris extra,
Hac ſine, cæleſtis ianua clauſa riget.
Hanc Deus ipſe iubet, Deus illam laudat amatq;
Eſt iuſſiſſe magis, conſuluiſſe minus;
Ancillam ſe Virgo vocat, ſubitòq; Tonantis
Obruta cæleſti numine facta Parens;
Vile putat ſe mancipum, fit maxima cœli
Diua beatorum iura datura choris:
Eſto humilis, Superũ quiſquis cõmercia quæris;
Turgida mens Erebi ſubdita præda Duci eſt:
Ergo cinis quid te iactas ? quid terra ſuperbis ?
Spiritus inq; Deum quid tuus iſte tumet?

Demiſſos animos rerum Patientia monſtrat,
Ille humilis non eſt, cui graue dura pati:
Virtutes ſine mente humili qui congerat omnes
Vincentes radios lucide 1 hæbe tuos:
Erigit inſano ruituras impete moles,
Credit & horriſonis vela ferenda Notis:
Id quoq; longæuo Chiloni claruit, alma
Cui non corpus erat pectoris abſq; face:
Scitatus Superum faceret quid iupiter arce,
Eius dum laudes nablia mille ſonant:
Deprimit alta, inquit, depreſſaq; tollit in altum,
Hoc eſt perpetuum cuncta regentis opus:
PARVA loco cōtenta ſuo mage tuta quieſcunt,
Præcipites caſus ardua quæq; timent:
Nauifragas ludit demiſſa antenna procellas,
Horribiliq; pauent grandia vela Noto:
Sæpe leuem vidi radentem littora cimbam,
Et deridebat marmoris illa minas;
CASIBVS aeriū culmen ſolet eſſe propinquum,
Euitantq; humiles fulmina torta caſæ:
Qui Mariæ ſectaris opes, miraris honores,
Et cupis ad Superos acceleraſſe gradum:
Quò tua facta magis clareſcēt compita circum;
Auctumq; immenſo viuet in orbe decus:
Fertilis eſto arbor quæ pomis preſſa laborat,
Nec fœcunda licet tangere vitat humum:
Cumq; viæ multum ſuperaris ſtrenuus vſq;
Sudorumq; quies proxima portus adeſt;
Dic ego ſeruus iners, Maria nec dignus amante,
Nuper & ignauo vix mihi cæpta via eſt:
DIC EGO ſū puluis, vermis, ſine pōdere pōdus,
Vmbra leuis, rapidum fulgur: imago, nihil:
Dic ſequar atq; ferar nutu quò iuſſerit illa,
Cum Maria dulce eſt carnificina Crucis:

Hinc quoq; tres fructus digni naſcētur Olympo,
Queis Superum detur vita fruenda tibi :
Mitis eris, tranquillus eris, fidenſq; Tonante,
Hæc ſunt Reginæ pignora magna tuæ:
Mitis es, inſana cum non malè duceris ira,
Nec tibi gorgoneo pectora felle tument;
Chriſtiadum eſt, turgeſcentes cōponere mores,
Ira feros animos præcipiteſq; facit:
Hóc adamanteis monſtrum compeſce catenis,
Vtaris recta ſi ratione, cadit :
Compoſitos imitare tuæ ſenſuſq; animoſq;
Virginis, hæc dederit vincere poſſe tibi :
Extitit aſſiduè placido manſuetior agno,
AGNVM ſidereum nam tulit illa ſinu:
Mitior illa fuit terris quæcunq; columba,
Legerat hanc Matrem dia columba Deus;
Munera poſce, tuis & ſuſpiratibus inſta,
Munera conceſſu fertiliore dabit:
Etſi non poteris primis euellere cæptis,
Quidquid ineſt vitij, ſeminaq; alta negent:
Bella gere audacter, palmaq; aſſueſce potiri,
Occumbent fractæ ſegnitie hoſtis opes:
TEMPORE colla iugis vidi præbere iuuencos,
Et domitos mannos tempore fræna pati :
Ardentiſq; minas vetulæ timuiſſe leonem,
Et rabiem Tygres diminuiſſe ſuam:
Palma parit palmā & creber cum præualet vſus,
Aſſuetos vinci bella nouare pudet :
Tertius eſt humilis mentis Fiducia fructus,
Quam iuuet in magna te poſuiſſe Dea:
Hæc animet vires ad grandia cæpta iacentes,
Hæc inter certam prælia ſubdat opem :
Spes dubium quoq; te Mariæ ſuſtentet alatq;
Acriter vt nullo diſcruciere metu;

Etſi

Etſi Centimanum laudauit priſca vetuſtas,
  Mille gerit promptas Diua vocata manus,
Spes Mariæ te vadentem quocunq; ſequatur,
  Hæreat & lateri non remouenda tuo:
Illa lacus Orci horribiles, & ſpectra fugarit,
  Illa truces laruas diſpuleritq; procul,
Pectoris obſcænas ſubcreſcenteſq; fauillas,
  Et curas animi carnificeſq; metus:
Virtutum ſeries eſt fæcundiſſima meſſis,
  Altera ab alterius ſemine ductat opes:
A ſpe quam cecini fortis Conſtantia ſurgit,
  Nec micat ætherea filia matre minor:
Hoc adamanteo religa tua pectora nexu,
  Caſta tibi exemplar Diua adamantis erit;
Aſtat Virgo Cruci pendente à ſtipite Nato,
  Vnaq; mors ambos impetuoſa necat;
Sãguinis hic fundit lacrymarum flumina Virgo,
  Natus obit, ſpontè ad funera Mater abit:
Vſque adeò tamen eſt conſtans & robore fulta,
  Sidereoſq; animos firmat ab axe Deus;
Audeat vt quæſtus alte depromere nullos,
  Aurea nec rabidis aſtra ferire ſonis;
Non Superos queritur;non ferrea ſidera dicit,
  Non vocat in propriam tela cruenta necem;
Lumina figit humi,fertq; obuia pectora telis,
  Ignea cæleſtis quæ iaculatur amor;
Improbe amor, Natum & Matrẽ transfigis eodẽ
  Ictu, vt de gemina cæde trophæa feras;
Virgo ſilet moribunda licet martyrq;triumphat,
  Tantum robur ineſt pectore,tanta quies.
Tu validos imitare animos generoſaq; facta,
  NON eſt magnanimi vertere terga malis:
QVI miſer eſſe poteſt ſeuiſſima quæq; ferendo
  Pro cœlo, cœlo gratior eſſe poteſt:

Audentes Virgo iuuat, & fortiſſimus ille eſt;
Intrepidè videas quem metuenda pati:
Ventilet Alecto tædas toruoſq; colubros,
Inq; tuum iurent infera regna caput:
Ingeminet mundus ſua fulmina, corruat æther,
Fortunæ nudus deſtituare bonis:
Nil mala formida, ſed contra audentior vrge,
Deſpiciaſq; metus, ſuſtineaſq; dolos:
Mergeris? en Virgo non fruſtratura vocantes
Semper adeſt clades commiſerata tuas:
Pectore ſis firmo & linguam compeſce procacē,
Eſt timidus, cui pro robore, verba ſonant:
Latrat non mordet trepidus canis, vtere factis,
Labuntur minimo ſtagna profunda ſono:
Eneruos animos odit Conſtantia, & hoſtes,
Vincere nemo poteſt qui doluiſſe timet:
Huc aſpirarunt validiſſima pectora Diuûm,
Iurè quibus merces eſt pretioſa Deus:
Innumeriq; chori puerum caſtæq; puellæ,
Quæ radiant ſuperæ ſidera facta plagæ:
Quorum auſus, & conatus partoſq; triumphos
Pandere nulla queat ferrea lingua licet:
Ancillare agmen ſequitur tot numina Claræ,
Virtutum decor eſt vnicuiq; ſuus:
Emicat albenti veſtita Modeſtia panno,
Spirat opes Diuûm lumina figit humi:
Hæc te ſarrano doceat non ſtertere in oſtro,
Et doceat molli non recubare roſa:
Tutius archaico proſit dormire cubili,
Proſit & accita peruigilare fame.
Ornamenta tui ſint vilia corporis, arte
Sanctior hac Mariæ conciliatur amor:
Attalicæ exornant veſtes plerumq; Barathri
Elatos animos tartareoſq; viros;

Turpia quæq; latent animo fomenta malorum.
Oſtenta ſaſtu ſerica gaxa ſuo:
Nec torquere comas placeat ferroue manuue,
Blanda puellarum talia turba facit:
Effuge Oronteas meſſes,nam moribus ille
NON bene ſéper olet, qui bene odorus olet:
Nec tibi erythræis oneretur dextera gemmis,
Turpibus inficitur gemmea ſæpe manus:
Dilige munditias tamen:etſi ſanguis Auorum
Poſcat, ſericeas indue clarus opes:
Dummodo candorem ſerues mentiſq; animiq;
Prouidus vrbano cætera more gere:
Nec iactes deturpato te crine Catonem,
Vngues ſint nitidi, ſit ſine labe toga:
Putria ſordentis non ſpiret anhelitus oris,
Effugiat quiſquis ne tua verba procul:
Forma pios, neglecta decet, neglecta decebit:
Si placet aſperitas, eſſe modeſta poteſt:
Ad dextrā ſequitur Metanœa vocata pelaſgo
Nomine, quæ gracili corpore,fronte riget:
Setoſam induitur Chlamidem munita flagello,
Sacratamq; manu geſtat honora Crucem:
Grande ſupercilium, ridentia lumina,mæſtæ
Fluminibus ſalſis immaduere genæ,
Per dumos vepreſq; ſuos conducit Olympo,
Illecebras odit, blandiloquoſq; iocos:
Carpere iter placeat? Ducis & veſtigia tantæ
Sancta ſequi? monitis erudiere meis:
Huic hoſtis Venus eſt,ſtygiorum mater amorū,
Debellanda Venus, ſi tibi Diua placet:
Cypria ridentem barathri detrudit ad amnes,
Fundentem lacrymas hæc ſuper aſtra vehit:
Illa odit Mariæ addictos,hæc ſtringit in vlnis
Omnes mortales; hæc beat,illa necat:

Arripe cautus iter tibi fortis Alumne,tuoq;
Quæ dicam niueo pectore conde memor:
Sũt valida arma preces, queis flectitur ira Tonã-
His indefeſſus nocte dieq; vaca: (tis
Tædia vince nouus miles, faſtidia vince,
Plurima quæ pariet Tiſiphonæa,cohors;
Mutuus orandi modus eſt tibi mentis & oris,
Alter ab alterius robore ſumit opem;
Vox menti fert ſuppetias, mens prouida voci,
Vtraq; cæleſtes tundere ſueta fores;
Tundere ſueta fores? ipſum vincire Tonantem
Illa vel illa poteſt, cum magis ira furit;
Ergo inceſſanter placeat tibi fundere vota,
Et rapidas horas continuaſſe prece;
Mitte nepotinos ſumptus menſaſq; dapales,
Et graue crede tibi crimen olere merum:
Hæc Orci ſunt arma,rogis torrebere Ditis,
Luxuriæq; parens ſub pede colla premet:
Arida ſuppeditas auidis dum pabula flammis,
Viſcera comburi ſtulte querare tua?
Amphitrioniades alta flagrauit in œta,
Veſanuſq; ſua ſtruxerat arte rogos:
Impia, crede mihi Vati, ſis Theſtias, immò
Te iuuat (ò facinus) igne perire tuo:
Deſere delicias irritamenta malorum,
Hoſtiliſq; cadent irrita tela manus:
Eſto tibi pluris cœlum quam vita caduca,
Hoc manet æternum, dum nitet illa, volat:
Mors inimica ferit mortes,tu viuis in auro?
Nec veniam gemitu commeruiſſe velis?
Sperne Gulæ illecebras,paruo natura quieſcit,
Fabricium eluellæ detinuere leues:
Tu Superis natus ventri ſeruiueris vni?
Factus amans Mariæ Sardanapalus eris?

Fra-

Frænantur Veneris conatus paupere victu,
Mens famulum Ditem quæq; ſameſcit habet,
Ergo grata vigil cœlo ieiunia ſerua,
Teq; rebellantem diſce domare fame:
Fortior æthereos tranſcendet Spiritus orbes,
Cumq; Deo affatus colloquiumq; feret:
Corporis inq; artus tortis dominare flagellis,
Vt veteres noxas ſanguinis vnda lauet:
Lacryma, ſingultus, ſuſpiria crebra, dolorq;
Membraq; vulnifico ſaucia facta flagro;
Virginis æternos vili mercantur amores,
Perpetuaſq; niues perpetuaſq; faces:
Præterea cautus muliebres deſere turbas,
Quoſq; ferunt luxus deliciaſq; fuge:
Diffuge laſciuas choreas cane peius & angue,
Damna tuæ mentis ni gemuiſſe velis:
Dū tremulo pede pulſat humū, dū fœmina ſaltat,
Mille parat laqueos, retia mille parit:
Huc illuc oculos inſtructos arte Barathri
Prædantes animos ſtultaq; corda gerit:
QVIq; venis caſtus, diſcedis factus adulter,
Etſi non peccas corpore, mente peris:
Quodq; reor peius fers tecum ſaucia corda,
Et necat id quod abeſt, & cupis id quod obeſt:
Te fore ſi dicas fortem vafrumq; tuendo,
Sæpius & ſtygios arte fugaſſe dolos;
Has volo te fatuis vocales vendere nugas,
Reddere victorem nam fuga ſola poteſt:
Me quoq; deceptum iactantem talia ſenſi
Dum raperet mentem cæca Iuuenta mam:
Acceſſi ah' quoties victor, ſed victus abiui,
Falſa putas? damnis experiere tuis:
Nec ſatis: at vita ludos quos nobilis ipſa
Ludit amatori iuncta puella ſuo:

ALEA ruralis iubet hoc ex ordine poni,
Vt ſimul hærentes torrida flamma cremet:
Blāda man⁹ manibus ſeritur,nec lumina ceſſant,
Ah' nimis accenſos ſollicitare rogos:
Vincitur, vnanimes tolluntur ad æthera voces,
Palma ferit palmam,plauſibus aula tremit:
Dum fertur cœlo ſtridor,tum tempore capto
Seruit amans proprijs Argus vbiq; dolis:
Audaceſq; pedes, placeat quocumq;, vagantur,
Gaudet & inſidijs inſidioſa Venus:
Illinc nonne pudor fugiat rectumq; piumq; ?
Cæcus vbi ex ludo multa pudenda facis?
Hinc abeas præcepta tuæ ſi Virginis hauris,
Qui cecidiſſe timet, non cecidiſſe ſolet:
Sæpe quoq; ad rabidas tumefacti pectorrs iras,
Alea dum feruet,mens furiata ruit:
Ora tument, ſaliunt fibræ, cor palpitat æſtu,
Gorgoneoq; oculi tetrius angue rubent:
Lingua exlex nulli Diuorum parcit honori,
Nec violaſſe, Deus te quoq; ſumme,timet:
Prò pudor: effigies læduntur Virginis,ipſam
Conſule, quæ à ſaxo nomen Imago gerit:
Impius exutus ludendo diuite gaza,
Depoſuit veſtem, veſteq; nudus erat:
Ira magis ſæuit, manſiſſe ſubuculā fertur,
Surpuit extremam iactus iniquus opem:
Tum phelegeronteis data præda ſororibus ille,
Et ſine mente ferox, & ſine mente furens;
In Mariam ſaxum iaculatur, ſtabat Imago
In muro votis vndiq; fulta ſacris:
Collum inter læuūq; humerū ferit ictus, & inde
Effigies quam ai s ſaxea,ſanguis abit:
Sed tantum non paſſa nefas tremefacta dehiſcit
Tellus, & meritum deuorat vita caput:

Per-

Perſtat adhuc,altumq; oculi ſpeculantur hiatũ,
Sanguinis & guttas aurea pyxis habet:
Pyxis habet veteris facti indelebile pignus
Ad Phlegetontis aquas impius ille gemit:
Et gemet inſolabiliter ſine fine cremandus,
Lucida perpetuus dum rotet aſtra polus:
Tartareis ergo ludis ne tempora perde,
Aſt age quod maneat tempus in omne tibi:
Saturnalitias dixi menſaſq; dapeſq;
Vt fugeres, animis nam mera ſumpta nocent.
Maius opus moueo, experto mihi crede, peritis
Olim quem piguit non habuiſſe fidem;
Si tutanda ſalus animi eſt ſi Virginis ardor,
Atq; Pudicitiæ candida forma placet:
Abſtineas menſis, quo fæmina conuenit omnis,
Moribus & proba ſit,ſitq; modeſta licet:
Matronale decus metuo,timeoq; puellas,
Etconſanguineas pertimuiſſe volo:
AH QVOTIES tegitur falſo ſub nomine culpa,
Implexoſq; dolos nectit amanter amor:
Blandus amor laſciuus amor cũ cornua Bacchi
Sumit & effræno robore tela iacit:
Sis ſcopulus licet alpinus, ſis frigida cautes,
Et rigidus duro ſtet tibi corde ſilex:
Sis probitate pius, ſetiſq; armatus equinis,
Plagoſuſq; geras membra cruenta flagris;
Crede, cades aliquo laſciui luminis ictu,
Eloquij tectis vel capiere notis;
Omnia ſunt ignes, ſunt omnia dulcia viſu,
Et Veneris ſenſus incaluere mero:
FRANciſcus quercus inter rupeſq; rigentes
Vritur, & ſpinis vix ſua membra domat:
Tu lautas inter menſas igneſq; lyæi
Fœmineos credis vincere poſſe dolos?

Hic opera, hic deſideria, hic molliſſima dicta
Mota Cytheriaca dexteritate calent:
Vinceris, lentum eſt, iam vinceris, eſt quoq; lětũ,
Victus es, atq; vnco præda trahenda iaces:
Victus es, atq; inſtar Paridis lætare rapina,
Luxuriæq; miſer carcere clauſus ouas:
Digne puer lacrymis vexat te quãta Charybdis:
Exagitat ſenſus quantaq; Scylla tuos?
Caſtus amãs fueras Mariæ, nunc pulcher Adonis
Viuis tartareis victima danda rogis:
Vis tantis dare terga malis fruiturus Olympo?
Quam dixi morbi ſola medela Fuga eſt;
Tardantem ſit te menſæ choreæq; vocarint,
Fœmina vbi eſt lepidis blanda futura viris;
Tu ſtomachũ cauſare grauem, capitiſq; dolores,
Hic ſimulaſſe licet, nam ſimulaſſe iuuat:
Captus amicorum quamuis retinebere vinclis,
I procul, atq; aliquod perfice ſolus iter:
Sæpe via ſtabis mæſtus, ſed vince Barathrum,
Nolenteſq; tuos currere coge pedes:
Cauſa ſemel cautè ſceleris vitata triumphos
Mille ferat Mariæ, gaudia mille tibi:
Cælicolæ plaudent, & cuſtos Aliger vltrò
Intexet meritis, laurea ſerta comis:
Quandoquidem huc ventũ: rerũ quoq; poſtulat
Prouida diſce tuo dicta fouenda ſinu: (ordo,
Frangere vis celeres effrænis amoris amores?
Cernereq; extinctas quas gerit ille faces?
Vlciſci q; feros cinefactus ſæpius ignes?
Et premere audaci colla proterua pede?
Fortiter eſſe procul iubeas fomenta malorum,
OTIA tartarei noxia tela Ducis:
Otia ſi pereant fractas gerit ille ſagittas,
Mæſtaq; vulnificis vnguibus ora ſecat:

Quin fugit euulſis nulli miſerabilis alis,
  Et ſecum genitrix luxurioſa fugit:
Otia lethifero vitiorum fomite creſcunt,
  ABSTINET haud vitijs otia quiſquis amat:
Si nihil eſt quod agas, ageris quocunq; vocare,
  Cypridos & facilem, quà placet, vrget amor:
Etſi deſidies lethalia pocula præbet,
  Neſcius in gemma cæca aconita bibis:
Dulce parit mortẽ, nec ſentis vulnera demens,
  Quæq; necant animos ſpicula lentus amas:
Quam tellus pluuijs gaudet ſub ſidere Cancri,
  Et quam flagranti ſole ſecanda Ceres:
Otia turba colit tam portentoſa Barathri,
  Diligit & mundi tam ſceleratus amor:
Qui Mariam ſequeris ſcelerũ fuge ſemẽ & eſcã,
  FOMITE ſubtracto flamma repentè perit:
Noxarum fœcunda cohors incumbit inerti,
  Illeq; nequitias blandulus vſq; fouet:
Nulla Venus laqueis ſanctè prædatur agentes,
  Sedulus ergo pias res age, tutus eris:
Tutus eris mentem vacuam niſi fiueris eſſe,
  Illa vacat? Diti præda agitanda vacat;
Quo teneatur opus cura molire ſagaci,
  Et bona ni ſubdas, cogitat illa mala:
Sit tibi prompta man⁹, necnõ mẽs prõpta, latẽtes
  Vtraq; torporis fugerit alta dolos:
Languor & immodici præpingui corpore ſomni
  Crebraq; nectareis menſa referta cibis:
Inferni ſunt arma Ducis: gratiſſima cœlo
  Ergo Sedulitas reſtat amanda tibi:
Sacra vocant? turpes languoris deſere caſſes,
  Et mentis Diuam lumine cerne tuam:
Illa Deum ſacro conceptum pectore geſtans,
  Protinus accelerat per iuga celſa viam;

Nec mirum: Conſanguineæ raptatur amorē
Eſt alatus amor, nulla in amante mora;
It pedes, & feſtinato per culmina greſſu,
Fronte hilaris, vultu ſplendida tecta ſubit;
Nec ſatis optatos celerem viſiſſe penates
Cognatæ, & propria conſuluiſſe manu;
At vaga ter rutilos reparauit Cynthia gyros,
Terq; ſibi viſa eſt diſſecuiſſe comas:
Et cæptis tamen inſiſtit ſanctiſſima, donec
A Superis proprios iuſſa redire lares:
Hinc celer eſſe velis, inſtant dum ſacra vocantq;
Atq; opus incæptum deſeruiſſe nega:
Sunt fora ſacra tibi, paſſim ſunt mille ſacella,
Prouidus hùc poſſis otia ferre tua?
Hic iterare iuuet tua feruida vota preceſq;
Et iuuet hic tardos continuare dies:
Tœdia forte times? proſit viſiſſe iacentes:
Nec pudeat morbis inſeruiſſe manus:
Poſcat aquas aliquis? vel dulcia dona lyæi?
Tu liquidas vndas, grataq; vina dato:
Et quoq; cum potu vel menſa paupere lentē
Hauriat æthereum nectar ab ore tuo;
Hic lucrare animas, hinc cœlo collige meſſes,
Exhibet æternas hìc mora facta dapes:
Vndiq; cernentem mortis te ſpectra metuſq;,
Illecebris capret luxurioſa Venus?
Exulat hinc quæcunq; homines damnoſa libido
Blanditiim perdit ſollicitatq; face:
Nequitiæ turpes fugiunt luxuſq; Venuſq;
Formæ vernantes hìc ſpeculare roſas:
Omnia ſunt febres, lethales omnia morbi,
Informis macies, tuſſis anhela, lues:
Vndiq; imago necis, fluidoq; cadauera tabo
Compeſcant faſtum luxuriemq; tuam;

Car-

Carcere præterea ſegnis ne deſere clauſos,
Siq; potes dextra ſubſidioq; leua:
Ni potes alloquio ſaltem ſolamine præbe
Dexter opem, ſubdant verba potenter opem:
Facundo hîc licet eſſe tibi blandeq; diſerto,
Mærentes animos mellea dicta leuant.
Quære pios etiam Cœtus lectoſq; ſodales,
Quos iuuat haud facili tendere ad aſtra via;
Hos reſides voca, aut paſſim plebecula ridet,
Libera dum laxat fræna libidinibus:
Tu magni tamen hos facias & conſule ſemper:
Illoram & iuſſis otia perde tua:
Sic inſumpta tibi ſpondebunt otia cœlum,
Deuictoſq; Erebi ſenſeris eſſe dolos:
At quoniam ſemper, quē tendas, frangitur arcus,
Rebus & humanis eſt ſua danda quies:
Vt feſſas releues vires atq; otia ponas;
Nec te factorum pænituiſſe queat:
Scacchia te oblectent veteris ſimulacra Quirini,
Hic valet ingenium, ſors tibi nulla valet:
Nec ſphęræ vetitum ludum tibi rere, Trochiq;,
Ludere folle licet, folliculoq; iuuat:
Quin rarò te detineat luſoria trudes,
Verſicolorq; lapis, ligneus atq; globus:
Forte geris torpore graues artuſq; toroſq;?
Rura pete, eſt ruris dulcis vbiq; labor:
Non deſunt pictæ, gratiſſima præda, volucres,
Quæ ditent menſas fercula lauta tuas:
Aut lino aut calamis aut retibus vrere laxis,
Omnia ſunt animi iurè vocanda ſalus:
Si grauius placeat ſtudium, balliſta volantum
Aptior omne genus lata per arua necet:
Vel lepores fidis prōnoſq; in cornua ceruos
Non pigeat canibus per iuga ſumma ſequi;

Ar-

Artem ſi ſclopi calles parcè vtere, ſæua
  Arma gerant alij, tu meliora gere:
Tutius eſt proprijs plantas defigere in hortis,
  Quæ recreant ſpecie lumina feſſa ſua:
Lilia naſcentur latè candentia, pulchra
  Floribus his dices eſt mea Diua magis:
Telluris ſidus, creſcet roſa, dixeris omnes
  Diua roſas vincit forma & odore mea:
Purpureæ ſurgent violæ, tu ſola rubeſcis
  Aligèrum Tyrio murice Virgo magis:
Præcellit niuibus riphæis illa, nigerq;
  Collatus Mariæ fit quoq; lactis honor:
Veneris inſitio, nihil eſt hac blandius, ipſum
  Poſcit opus dextram, cur tua dextra vacat?
Iactet adoptiuos pulcherrima prunus honores,
  Et pyrus externas pandat ad aſtra comas;
Hortus fonte caret? nec plantas riuus opimat?
  Attrahe vicinas ingenioſus aquas:
Æthereo dicta eſt clauſus Fons illa ſigillo,
  Cui fluit intactæ limpidus humor aquæ:
Nam fuit ante ſuum partum Virgo, quoq; Virgo
  Poſt partum, in partu candida Virgo fuit:
Dum latices rauco trepidantes murmure cernes,
  Virginis has dotes mente reuolue tuæ;
Otia ſic abeant toto indignante Barathro,
  Otia ſic habeant, quicquid Olympus habet:
His impende tamen breuiores temporis horas,
  Hora tuæ vitæ fluminis inſtar abit:
Et luxere pij ſanctorum tempora Morphei;
  Poſtulat ad vitam quæ ſibi certa quies;
Si te raptet amor quo proximus omnis amandus
  Nullum quo liceat ludere, tempus erit:
Fax diuina pigros odit, venare, tuamq;
  Ad Mariam prædas irrequietus age:

Hac

Hac quicunq; graues conſumpti meſſe labores
Innumero cæli pignore pignus erunt:
Qui non promptus erit dicatur mortuus, ingens
Virginis ah' nulli cedere nouit amor:
Eſto auceps dulciq; ferox modulamine vocis
Incidat in caſſes plurima turba tuos;
Blanditias adhibe caſtas, ſi tempora poſcunt,
Cœleſtiq; doma calliditate truces:
Hic ſacris opus eſt technis, hìc arte vocandi
Ad Mariam, ſtygijs quos manet Orcus aquis;
Sunt aliqui, renui captes quos muneris eſca,
Expectaturis munera grata feras:
Interea ne parce animos mollire loquendo,
Blanditimq; ſacros inſeruiſſe ſonos:
Senſerit ille dolos ſurdaſq; occluſerit aures,
Siue aliò celeres mouerit inde pedes:
Tu cæptis inſiſte tamen, ſed tempora ſerua,
Ille furit? melius mox moderandus erit:
Difficiles aditus habet omnis cæca voluptas,
Et medicas horrent ſaucia corda manus.
Vndiq; mens tua veliſicet, nec pigra moretur,
Infremit inſanis non mare ſemper aquis;
Nec gelida ſemper Boreas bacchatur ab Arcto,
Cauri turbinibus nec iuga celſa tremunt:
Sed leuis interdum zephyrus per inania pennas
Explicat & proprio rore maritat humum;
Tunde feros dexter ſenſus, crebròq; retunde,
Inq; opere haud pigeat perpetuaſſe dies:
Diruta ſunt longo poſt tempore mænia Troiæ,
Quercus & innumeris ictibus alta cadit:
Ferreus ille ſinet tangi mox vulnera, crede,
Dulcibus, & Mariæ vocibus aptus erit:
Poſtmodo te columēmq; ſuum Patrēq; vocabit,
Pendebitq; tuo ſemper ab ore volens;

Aſſidue prædaturo tibi pendeat hamus,
OMNIS habet piſces parua ſit vnda licet:
Nec te præpediat ſudor, nec cura laboris,
QVO minimè cenſes gurgite præda ſalit:
Deiparæ ſtimulat te feruentiſſimus ardor?
Implebit vacuas præda opulenta manus:
Talibus ardentem facibus te CArole Manſi
Patria laudauit congemuitq; tua;
Nuper te vidit dum peſtis feruida gliſcit
Perq; vrbis ſæuit compita, perq; domos;
Sponte inſudantem ſacris,miraq; ferentem
Ægris cæleſtes relligione dapes;
Omnia ſunt funus, nigroq; cadauera tabo,
Tu tamen in media ſtrage trophæa geris:
Vrbs tibi cara timet, viles tu ſpernis amores,
Ebrius at cœli nectare vbiq; iuuas;
Nil remoratur iter,nullo diſcrimine curris,
Funera nec tardant, nec ſitus vllus opem:
Indeuitato ſubitæ cum figeris ictu
Mortis, & intrepidus talia dicta refers:
Conatus experta vale mea patria noſtros
Accipe,ſi poſſem plura,daturus eram:
Spes mea Virgo vocat conſolaturq; pauentem
Allicit, en ſcando ſidera LVCA vale.:
Sic ille: aſt ægri raptum deflentq; vocantq;
Inſolabiliter patria mæſta gemit:
Marmor habet corpus Fratrũ plorabile munus,
Quæq; ſibi meruit Spiritus aſtra tenet:
Tu Mariæ ſtudioſus opem ne differ in horas,
Ardua quæq; tua ſedulitate cadent:
Semper habe præcepta memor cæleſtis amantis
Prompta, nec eloquij deſtituare fauis:
Nuſquam torpeſces, Mariæq; ardoribus actus,
Quæ facienda doce, quæ fugienda mone:.

His

His actis, ſi iurē putas ſtatuisq; beata
Nil fore dulce tibi Virginis abſq; face;
Strena facta probēt quod iactas nomen Amātis;
Hìc non eſt puerum decipiendus amor:
OMNIS amans amens proprio dat verba furori,
Dum factis opus eſt, verba canora procul;
Intima vt vrantur tepidi penetralia cordis,
Et poſſis ignes ſollicitare tuos:
OBSEQVII tibi ſint curæ validiſſima Iura,
Iura vel iratum flectere docta Deum:
Poſtulat obſequium populus, dominiq; puellæq;
Infantes, Iuuenes, prægelidiq; ſenes:
Excubat ante fores Regum, volitatq; per ædes,
Sedat & horribiles, tela timenda, minas:
Tigres obſequio plectri flectuntur, & illo
Hyrcanæ rabiem depoſuere leæ:
Fœmina cur prodit palla ſpectabilis aurea?
Prodit & Eoo conſpicienda ſinu? (tum,
Plurima vt obſequio paſſim trahat agmina amā-
Milleq; corda cremet publica flamma Virùm:
Hoc animi Superum placantur thure molaq;
Percita ſi iuſto corda dolore tument:
Obſequioſa Deo ſe præſtant atria circum,
NAM Deus obſequij non negat arte capi:
Virgo quoq; obſequio gaudet ſanctiſſima noſtro,
Quod mens pura gerit, quod pia corda ferunt;
Hoc feſſo tibi ſit calcar, ſit follis ad ignes,
Hoc ſine nulla dies, horaq; nulla fluat:
Si pote: momentum tanto ſine fœnore nullum
Euolet, eſt Mariæ mente fruendus amor:
Hac Diuæ famulare tuæ, flammiſq; calenti
Mille modi obſequij, mille ſalutis erunt:
Videris effigiem paſſim celeſtis Amantis,
Illi cor niueum mens tua prompta ferat:

Videris afflictam, & gemitum ſi traxeris imo
Pectore, non gemitum ſpreuerit illa tuum,
Aſpicies Mariæ tabulam lacrymantis, amanti
Obſequium præſtet lacryma ſuſa ſacrum,
Flecte genu, ſi fas, humili vel corde precare,
Cor fugat à precibus nullus in orbe locus:
Vota quis excludat? votis captabitur illa,
Vota canant laudes, vota trophæa canant;
Si dormiturus Mariæ celebraris honores,
Protinus in ſacro ſuſcipiere ſinu:
Exurges? offerre iuuet tua facta diei,
Dextra tuis factis ſuppeditabit opem:
Deniq; ſi vatem audieris tibi vera fatentem,
Ducentemq; ſua te ſuper aſtra manu,
Virginis effigiem tecum noctuq; diuq;
Semper habe, nullo ſit procul illa loco:
Antè tuum pectus, vel collum pendeat antè,
Tutamenq; voca præſidiumq; cole:
Vel magè ſi placeat claudatur Iaſpide, viſa
Vt ſemper partes Diua monentis agat:
Nil moror hic, tibi qua ſculpatur Imagine gêma
Hoc volo nam propriæ ſit pietatis opus:
Vna Dei eſt genitrix, toto quæ regnat Olympo,
Quam nobis paſſim plurima Imago refert;
Seu tibi Carmeli ſeu Lauretana geratur,
Seu Supèrum nomen cui tribuere Roſæ:
Etſi fama diu ſimulacro Pallados Vrbis
Pergama Troianæ tuta fuiſſe refert:
Tu ſacrum gere Palladium, ſed pectore puro,
Atq; triumphato ſit tibi Dite ſalus:
Quod Laertiades nullus licet arte pelaſga
Inſtructus rapiat nocte tegente dolos:
Sæuiat Eumenidum rabies Erebiq; furores,
Haud tibi tartareus permeet oſſa metus:

Sæpe ſalutiferum Labarum ſubmiſſus adora,
Semper victores quod facit eſſe reos:
Perq; hoſtes debellatos victaſq; cateruas
Aurea fidentes ducit ad aſtra ſibi:
Ægidos in morem reddet maleolentis Auerni
Marmoreos celeres in tua damna duces:
Ergo ſacram Effigiem radianti in Imagine ſæpe
Alloquere, & votis pluribus adde preces:
Stringe ſinu, Diuamq; tuam amplexare, foueq;
Dulcia verba ſere, atq; oſcula mille ſere:
Muta licet tibi cor feriet, flammiſq; peruret,
Totus & ardeſces torrido ab igne rogus:
Tu facibus ſuperadde faces, vt corda liqueſcant,
Ibit in obſequium ſic tuus omnis amor:
Sic tuus omnis amor ſoli famuletur Olympo,
Claraq; fax cordis Virgo ſit vna tui:
Nec pigeat te, vere nouo, dum prata renident,
Cuncta vigent, tellus purpurat, aura fauet:
Vel pater Autumnus cum preſſis ſordidus vuis
Pomorum dites fundit amanter opes:
Dum placidi ſoles, dum clementiſſimus aer,
Ad motum celeres dum vocat aura pedes,
Lauretanam Vrbem petere & monumẽta videre
Virginis antiquos, tecta verenda, lares:
O templum labor Aligerũ, domus æmula cœlo,
Cellula concepto facta beata Deo;
Hic dices mea vita fuit venerata Tonantem,
Hic Deus eſt natus, vagijt ipſe Deus:
Durior es ſaxis, lacrymis niſi ſaxa rigaris,
In q; abeant ſuperas corda liquata faces:
Linge pauimentum, tellureq; contere labra,
Nullus in immenſo ſanctior orbe locus:
Vel pedes: Romam Mariæ ſtimulatus ab œſtro,
Hic deſiderijs carbaſa danda tuis:

H Re-

Repe per Exquilias ſupplex, via trita pateſcit,
A niuibus vetus hic nomen Imago tenet:
Huic ego ſepe genuflexo terræ oſcula fixi,
Indoluiq; meas imbre rigante genas:
Inter Romuleæ degentem ſemina Pubis,
Septimus Autumnus, ſeptima viſit hyems:
Bencius hic celebres Pindi me duxit ad vndas,
Hic auidus Sophiæ larga fluenta bibi:
Effigies cui non nota eſt, qua Flora ſuperbit?
Hic pietas gemmis irradiata micat:
Sollicitas effunde preces & concipe vota,
Senſeris auguſto numen ineſſe loco:
Prò quoties inter quercus & luſtra ferarum
Tolluntur nitidis aurea templa tholis?
Sole magis res clareſcit, teſtatur vbiq;
Virginis effuſus per loca cuncta decor:
Aſt tibi ni patrios fas eſt tranſcendere fines,
Multa tibi hic Mariæ ſigna colenda nitent,
Illa tamen cui fecerunt Miracula Nomen,
Cor cremet aſſiduè viuida flamma tuum:
Huc ſecede frequens, hic matutinus adora,
Hic Charites pleno gurgite fundit amor:
Votiuæ Tabulæ necnon donaria mille,
Pluribus & gemmis gaza ſuperba probat:
Sæpe oculis capti hic optata luce fruuntur,
Quiq; fuit mutilo corpore, ſanus abit:
Virginis auxilium ſubmiſſo corde vocanti,
Non nocuere vndæ, non nocuere Noti:
Virginis huius opem facundo corde petenti
Conticuere vndæ conticuere Noti:
Quam viſum potor Rhodani potorq; Garunnæ
Aduolat, acceleras tu quoq; Ibere pedem:
Hic flexos Arabas vidi, Mauroſq; minaces,
Quoſq; fouet miſeros terra Pelaſga ſinu:

Se-

Sedulus hic, ſerui, nec Amantis parce beato
Alloquioq; frui præſidioq; frui ;
Ingeminare faces facibus ſi quæris & æſtus,
Supplicibus votis munera iunge tuis :
Cælitibus quoq; dona placent teſtantia Amorē,
Placaturq; dato munere ſæpe Deus :
Poſcebat fibras olim trepidantiaq; exta,
Intactos boues ſacrificumq; pecus,
Nidor erat ſuper aſtra volans gratiſſimus olli,
Pectus & extinxit victima ſæpe graue:
Pro fibris modo corda petit, ſed candida corda,
Quæ purgata Deum quò voluere trahunt :
Munera votiui comitentur cordis amorem,
Obfirmata magis nam duo vincla ligant :
Sic aliquo blandire tuæ Diuæq; Duciq;
Munere, muneribus illaqueatur amor :
Dixeris hæc digna eſt auro, digniſſima gemmis,
Non aurum in loculis,nō mihi gemma vacat:
Omnia dona capit pretio tenuiſſima quamuis,
Deſpicit haud aſſem, vilius aſſe nihil:
Cerea dona offer ; ſed vincat dextra pruinas,
Et meliora dato ſi patiantur opes ;
Non violas, non illa roſas, non lilia temnet,
Munus amor dantis ſed capientis honor :
Virginis in cultum Sacrum celebrare iubebis,
Vnum præ cunctis munus amabit amans :
Plura quid enumerem ? Diuam puriſſimus arde,
Et dare quæ poſſis dona docebit amor :
Facta docebit amor Mariæ ſeruare, dieſq;,
Mille gerit linguas, lumina mille gerit:
Ille dies feſtis præeuntes iuſſerit arcta
Te celebrare fame te celebrare prece:
Pelle procul ſtimulos Veneris vibrante flagello,
Ad ſonitum, Ditis curia cæca fremit :

Exue dein noxas humilis de more, Tonantis
 Pectoris vt reprimat myſtica menſa rogos.
Concipitur Virgo veterum ſine labe Parentum
 Gaudia Cælituum nonne fruenda tibi?
En Diuæ Natalis adeſt lux aurea, iurè
 Sidereos orbes nonne ferare ſuper?
Virgo parit, rapidis flammis tua corda cremētur
 Natus humi Deus eſt, eſt humus ipſa polus:
Munera iurè ſibi diuina Puerpera poſcit,
 Quæ potes exhibeas, menteq; plura voue:
Infans vagitu dilecta crepundia vellet,
 Porrige cor, cordis munere ludet amans:
Offertur templo, teneram ne deſere Diuam,
 Protinus at lento concomitere gradu:
Reſpiciet, forſanq; ſuo te lumine cernet,
 Iecerit & rutilas pupula dia faces;
Concipe ſidereos æſtus, & amore liqueſce,
 Nullo flammeſcas feruidiore rogo:
In templo manſura diu tua Virgo tenetur,
 Rebus & exiguis inſerit illa manus:
Hinc pia tēpla cole obnixè & famulare, facultas
 Virginis exempli ſi datur vlla tibi:
Vel quoties ſacris aderis, tua cætera mitte,
 Curarumq; fuga pectore quidquid ineſt:
Vna Deus ſit cura tibi, ſit cultus amantis,
 Hinc arcet nugas vanaq; verba locus:
Ah linguæ moderare auſus & comprime mētē,
 En adſtat vindex, quem venerare, Deus:
Quoq; magis refert, ſtrictim tua lumina fræna;
 Lumina Tartarei pabula ſæpe cibi:
Hic quoq; turba iacit vulgati corporis hamos,
 ATQ; OCVLI turpes ſunt in amore Duces:
Fœmina quà fert intuitum, Venus ignea currit,
 Et cremat obſcænis imperioſa rogis:

Vi-

Virus & imbibitur, quo non præſentius vllum
Ferre faces Erebi perpetuamq; necem,
O' ſtultos animos ô pectora cæca Virorum,
Factaq; Auernali diſcrucianda lacu:
Quærite Acidalias flammas, explete furores,
Ditis in æternis pœna luenda malis,
Tu verò cæleſtis amans ſuper aſtra vehendus,
Arida ſidereus cui rigat ora liquor:
Fræna oculos, quocunq; loco verſere, vagantes,
Hoſtibus hàc aditus portaq; laxa patet:
Deniq; ſi quid iura valent mea, ſi quid Olympus
Vtile Chriſtiadas edocet ore meo:
Scribe Sodalitio Mariæ tua nomina, Nomen
Virginis æthereum cui peperere Roſæ:
Quã benè quã meritò celebrata Roſaria Virgo,
Vndiq; nam Charitum fundit amica Roſas:
Si Roſa habet frondes, ſpinas, ſi deniq; florem,
Hæc tria Diuipara ſunt in amante tua;
Hæc meditanda tibi flexo dum poplite adoras,
Atq; pio laudes Virginis ore canis:
Lætitiæ bona ſigna ferunt Myſteria quinq;,
Frondibus his Diuæ tempora cinge tuæ:
Aliger è cœlo defert mandata Tonantis,
Plenaq; Virgo Deo concipit ecce Deum:
Gaudia teſtatur Supèrum concentibus æther,
Sidereuſq; viris gaudia portat amor:
En feſtina petit vicini culmina montis,
Vt Conſanguineam ſubleuet ipſa manu:
Preſſa pedes agnoſcit humus ſub põdere ſacro,
Tu quoq; cum terra deuenerare Deam:
In ſtabulo fœtum excludit ſuper æthera rapta,
Mille Deum Cytharæ milleq; plectra ſonant:
Aduentum teſtata Dei dant omnia plauſus,
Vndiq; gẽmat humus, nox micat, aſtra canũt:

Fert AGNVM tua Diua ſuum ſanctiſſima téplo,
Cuncta offert, Superi nil dare maius habent:
Tu quoq; poſce Deum fatum Simeonis, amantis
Dummodo Virgineo ſuſcipiare ſinu:
Afflictim querulæ longo poſt tempore Natus
Inuentus Matri gaudia quanta parit?
At roſeas ſequitur frondes ſeges horrida viſu
Spinarum, hic lacrymas Diua ab amante pete
Hic exundantem Myſteria ſæua dolorem
Expóſcunt, ſolem dum latuiſſe vides:
Sanguinis ecce Deus guttas effundit in horto,
Proq; Virûm vita diſcupit ille necem:
Vulnificis Agni laniantur terga flagellis,
Membraq; ſythonia candidiora niue:
Vndantes, ſcelerum quia lauant vulnera, riuos
Collige, nam tertas gutta beare poteſt:
Spinea ſerta ſacro capiti figuntur, & ipſe
Fabula tortorum factus vbiq; Deus:
Nil pauidus, metuas ſpinarum vulnera, cæli
Mille tibi pariet ſingula ſpina roſas:
Exanimem ſectare Deum, lacrymiſq; profuſis
CALVARI ad culmen lumina tolle tua:
Victima ſanguineis riuis fluit vndiq;, Amorq;
In proprium ſtricto fulminat enſe Deum:
Diuus amor, ſed ſæuus amor tortoris ad inſtar
Cur furit, & vitæ vult obijſſe Ducem:
Hic bone Alûne iace: mater lacrymabilis adſtat,
Perdita Virgo Cruci frigida facta ſilex:
Flet Mater, moritur Natus, quid feceris heu tu?
Inter Vtrumq; gemas, inter Vtrumq; cadas:
Gloria poſt lacrymas ſua vult Miſteria prodi,
Gaudia ſunt animo concipienda tuo:
Dite triumphato victor rediuiuus ad auras
Chriſtus adeſt, plaudût ſidera, plaudit humus:

Di-

Diuiparam gratare tuam,te lumine amantem
 Ridenti excipiet, præbueritq; ſinum:
Scandētem ad proprium ſtellato tramite Regnū
 Vaſtatorem Erebi Tartareiq; ducis:
Inſpice & ætheree feruenti Matris amore
 In Natum ſaltem mente potire tua:
Spiritus ecce venit Superum ſpirabilis ardor,
 Fuſilis in linguas flammeus ecce Deus:
Innumeros inter Proceres reſonantis olympi
 Afflatam Diuam numine cerne tuam:
Additur igni ignis, flammę flāma,æſtibus æſtus,
 Et potis in tantis viuere Virgo rogis?
Ergo obitum meditare tuæ morientis Amantis,
 Si languet, ſubitò ſtat rediuiua Roſa:
Aligerum vectata humeris ſuper æthera fertur,
 Chriſtus & officijs obſequioſus adeſt:
Lætus adeſt, donatq; ſuæ ſua regna Parenti
 Et locat in ſolio proximiore ſibi:
Mille lyrę claros celebrant & plectra triumphos,
 Diuinumq; canunt nablia mille decus:
Reginam ſtatuit Matrem ſuper omnia, latè
 Sceptra manum decorāt,terna corona caput:
Sub pedibus videt aſtra ſuis lunamq; beatos
 Cælicolumq; ſibi procubuiſſe choros:
Omnipotens rerum gaudet,miratur & vnà
 Et Natæ laudes diuitiaſq; canit:
Illa verecundo ſuffundens ora rubore,
 Vix pellucenti lumina tollit humo.
Maieſtate tamen frontiſq; nitentis honore
 Plena Deo Matrem ſe probat eſſe Dei:
Certatim quoq; tota domus ſtellantis Olympi
 Virginis in laudes officioſa ruit:
Muſica,vox puram mulcet concentibus æthram,
 Ingeminatur honos ingeminatur amor:

Voce præit Gabriel cantus, ſtupet vndiq; turba,
Aſſociantq; fides aſſociantq; chori:
Ille genu flexo & Reginæ verſus ad ora
Tale verecundo concinit ore melos;
Nata Parenſque Dei cæleſtes poſſidet arces,
Plectra ſonent, plaudant ſidera, cantet amor;
Dius amor iaculiſq; potens facibuſque coruſcus
Sedibus è patrijs iuſſit abire Deum;
Virginis èque ſinu naſcens (mirabile dictu)
Straminea voluit delituiſſe caſa;
Quiq; ſua Virgo te dextra condidit, ille
Vagijt in gremio ſarcina blanda tuo;
Abſtulit Eua ſuo quod priſco crimine, ſola
Germine ſacrato nil niſi pura refers;
Illa viris clauſit, referas tu limen Olympi,
Tu vitæ cauſa es, ſi necis illa fuit:
Illa Deum traxit iuſtas violenter ad iras,
Auſpice te poſuit, quas tulit ira, minas:
Te famulam faſſa es moderantis cuncta, fruenda
Et datur arbitrio terra beata tuo:
Omnia noſtra tibi ſubmittunt agmina faſces,
Nam ſuper es noſtros Diua locata choros:
Ergo dies celebranda micat numeriſq; modiſq;
Plectra ſonent, plaudant ſidera, cantet amor;
Aſſocient cœli ſtellata volumina pompam,
Aſtra nouos nectant exhilarata choros;
At contra caligantis regna infera Ditis
Teſtentur luctus exululata ſuos:
Tiſiphones tetri iam languent eminus ignes,
Horribileſq; tuæ ſæua Megæra trabes:
Agmina tartarei, fœdiſſima turba, Barathri
Iam deflent cladis damna futura ſuæ,
Erigit horrendas Draco ſibila colla, caditq;
Fœmineo preſſus terga proterua pede:

En

En gemit obſcœnis aboleri ritibus aras,
Augeriq; Crucis, quà patet orbis, opes:
Præſentes hos Diua tuos deplorat honores,
Plorat & è manibus rapta trophæa ſibi:
Orcus agat luctus, totus lætetur Olympus,
Plectra ſonent, plaudant ſidera, cantet amor:
Quis Mariæ taceat meritos per ſecula faſtus?
Cui taceatur amor? cui taceatur honor?
Non luci ſine luce tua, non ſaxa rigeſcent,
Virginis in medijs fama natabit aquis:
Vndiq; fumabunt Syrias altaria flammas
Millena paſſim ſplendida facta face:
Nulla tuo riphæa licet ſine nomine rupes,
Nullus erit tractus, nec locus vllus erit:
Quis celebret Natũ magno ſine honore Parẽtis?
Clarior à proprio Pignore Mater erit:
Te Vates cecinere ſacri Matremq; Puellamq;,
ET tua diuinus corda repleuit amor:
Iam latæ patuere fores ſtellantis Olympi,
Perq; tuum Natum libera facta via eſt:
Exorata feres dextram mortalibus ægris,
Diues erit cœlum, pauper & orcus erit:
Raptas ille gemet prædas, cœlumq; fruetur,
Plectra ſonent, plaudant ſidera, cantet amor:
Mater amoris adeſt, tua brachia vagijt inter,
Ille tibi riſit, lac bibit ille tuum:
Antiquam irarum Matrem ſi nouerat Orbis,
Te Charitum Matrem norit adeſſe ſibi:
Prompta quies laſſis fueris, tu prompta medela,
Tu deploratis vita futura reis:
Iurè renidebit votis parieſq; tholuſq;,
Vixq; feret claras murus onuſtus opes:
Tolle caput mortale Genus tibi militat illa,
Rebus in extremis quæ tibi Mater erit:

Mater erit centumq; manus præbebit egenti,
Quidquid & à Nato poſtulet, illa feret:
Salue ſancta Parens, Superis noua gloria regnis,
Nil ſine honore parit regia noſtra tuo:
Te thyaſi noſtræq; vocant cytharæq; lyræq;
Plectra ſonent, plaudant ſidera, cantet amor;
Hos inter cantus & publica gaudia cœli,
Auribus arrectis laſſa Camæna ſile.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS DE ARTE AMANDI VIRGINEM.

ERGO vbi adoraris magnæ Miſteria Matris
Pallidulaſque Roſas purpureaſque Roſas:
Vt mage ſidereis caleant tuâ pectora flammis,
Virginis & poſſis caſtus amore frui,
Volue animo crebròq; agita penetralibus imis
Siue cadat Titan ſiue reſurgat Eos;
Quam latè ſe pandat honos & gloria Diuæ,
Diuæ eſt addictus cui tuus omnis amor;
Nulla riget tellus mundi,nec terminus vllus,
Non vbi Diuiparæ plurima fama ſonet:
Quid remorare? Orbis vaſtos circumſpice gyros,
Multiplices fructus cura peracta dabit:
Te famulum præſtas magni iuratus Olympi
Cui famulatur honor,cui famulatur humus;
Quà tumidus magnũ Nereus circũ onat Orbẽ,
Virginis illicitæ commemorantur opes:
Se laudaturas omnes per ſecula Gentes
Quam benè fatidicis dixerat ante modis?

Omnis adhuc Mariam populus dixere beatam,
Omnis & æthercam barbara lingua canit;
Angulus Europæ nullus præconia muſſat,
Terra probat,celebrant æquora,ſaxa fremunt:
Chriſtiadum vt ſileam celebres Vrbeſq; viroſq;,
Præbentes calidis Romula thura focis:
Ipſi hoſtes Mariā precibus venerãtur & augent,
Experti validas ad ſua vota manus:
Sic vtero Iſacidum matres preſſeq; dolenteſq;
Auxilium Mariæ præſidiumq; petunt:
Virgineum numen factis violare iociſue
Lunatis peltis turba timenda vetat:
Quid moror in paruis? animi pennaſq; retardo?
Haud fas impauidum ſpumea fræna pati:
Virginis orat opem rutilis Pactolus ab antris,
Frigidus exorat ſæpe Cayſter opem;
Huic ſe flectit Halys, procumbit & alta Sinope,
Scordæzq; domus Dalmaticiq; lares.
Quin Pomeramæi ſaltus Styriæq; cauernæ,
Quiq; bibunt Rhenum, Danubiumq; colunt:
Vindelici Heluetijq; feri, Miſnæq; paluſtres,
Teutones horribiles, Herciniumq; genus:
Cur vos arctoæ populatæ frigore gentes
Prætereo? in rigido quà micat Vrſa polo?
Baſternæ, Nomadeſq; ſagittiferiq; Geloni?
Sauromatæ fortes marticolæq; Getæ?
Diuiparæ vobis etiam notiſſima fama eſt,
Exhibuit vires ſæpe vocata ſuas:
Teſtis Olynthos & Ænos adeſt Rhodopeq; niualis,
Orbelus atq; Hæmi culmina fœta gelu:
Non Aſiæ tractus ignorant Virginis auſus,
Numen & inuictum munificaſq; manus:
Inclyta Mar lorum cantat præconia tellus,
Sæua licet Colchis non tamen acta ſilet;

Lir-

Littora Carmani Caldæaq; regna Sabeiq;
Et diues gemmis Perſidis ora ſoli:
QVà ſe thuriferis Panchaia pinguis arenis,
GAnges illuſtres quàq; reuoluit aquas:
Beritō ac Tripolim iunge, & Ptolemaidos Vrbē,
Sidonem veterem, puniceamq; Tyrum:
Fœcundum cedris libanum celebrataq; fama
Culmina Carmeli præterijſſe nefas:
Hinc CARMELITÆ toto gens aurea mundo
Virginis auſpicijs ſeruit vbiq; ſuæ:
Gloria longinquos tranſcendit Caras, & Vrbes
Pamphiliæ & fauces frigide Amane tuas:
Euxinum ſuperat pontum, Myſoſq; furentes,
Paphlagonaſq; feros Cappadocaſq; truces:
Quin Teuthranteos tractus celebremq; Carābin,
Thermodontæis aruaq; clara vadis:
Trans Tanaim volat egelidum Borealia regna,
Et portentificis imperat illa feris:
Quà nardi frutices, fluidæq; è cortice myrrhæ,
Et Saracenorum barbara turba furit;
Fama viget Mariæ, reticent non Tigridis vndæ,
Hyrcani celebrant, nec fera Bactra ſilent:
TERtia pars reſtat feruore notabilis orbis,
Tam malè culta viris quam metuenda feris:
Optatas quà ſol mediùs non circinat vmbras,
Omnia flamma tenet, torrida arena coquit:
Cernuntur tetro deſerti afflamine campi
Serpentum, quorum mille venena necant:
Moribus hic Gentes viuunt rituq; ferino,
His tamen eſt Diuæ gloria nota tuæ:
Linquo Paretonium, Arſinoem, mediāq; Cyrenē,
Et Peluſiacos, Turcica regna, Duces:
Cur veteri iunctam Memphi Babilona recentem
Hermopolinque Vrbem præterijſſe velim.

Vi-

Virginis hàc etiam volitat nomenque vigorq;
Barbara nec laudes ora repoſta tacet:
Lata Parethonij ſepten flua flumina Nili,
Centifores Thebas Æthiopaſq; nigros:
Et Pharias arces taceo Meroemq; patentem
Et Gamphaſantes, turpia monſtra Virûm:
Meſſica regna colunt ſacro cum Pignore Matrē,
Argentoq; ornant plurima templa ſuo:
Platenſis nitidis Riuus pulcherrimus vndis
Huic famulans gaza ſertiliore fluit:
Inſulæ Oceano in magno quas proſpicit Ortus,
Et quas Occiduo Phœbus ab axe videt:
Tutelam agnoſcunt Mariæ, Mariamq; ſalutant,
Effunduntq; humiles, voce rogante, preces:
Iaponis ingentes tractus Melindaq; magna,
GOAq; theſauris fertilis orat opem:
Deniq; Diuiparæ numen vireſq; loquuntur(bēt:
Quidquid habēt terræ, marmora quidquid ha-
His anim aduerſis tuus acrior æſtuet ignis,
Maior & exundet, qui calet intus, amor:
Dic ego, quam pereo, toto dominatur in Orbe,
Cælituumq; colunt agmina mille genu;
Dic ego, cui famulor, venti famulantur & vndæ,
Hircanæ tigres marmaricæq; feræ:
Cuius ad imperium ceſſant Medeides herbæ,
Nec non Circææ monſtra nefanda manus:
Carmina nec cœlo poſſunt deducere Lunam.
Sub pedibus tellus nec fremuiſſe poteſt:
Dic ego quam pereo patent monteſq; lacuſq;
Promptaq; ſeruitium dant elementa ſuum:
Virginis ad nutum putrefacta cadauera viuunt,
Quoſq; obijſſe putas, non obijſſe vides:
Luridus ad nutum prædas non deuorat Orcus,
Turbaq; Auernalis rapta trophæa gemit:

Vir-

Virginis imperio lapſuri in tartara ſurgunt,
Et Polus innumeris ciuibus auctus ouat:
Si velit hæc rupes abeunt in templa, nitenſq;
Ara fit, in cæno quæ maleolebat hara:
Ergo iuuet te conantem contendere vires,
Vt tuus in Mariam non ſterileſcat amor:
Dulcibus obſequijs ſed creſcat ſemper in noras,
Pulchrior vt platanus proxima vernat aquis:
Et nunquam videare ſatur, ſed anhelus vbiq;
Quoq; magis biberis, plus ſitiantur aquæ:
Cernis apim thyma paſcentem cityſoſq;roſa'q;
Et gelidum rorem rauca cicada bibit:
Illa nec illa tamen dapibus ſaturatur, amandi
Tantus amor floris, roris & vrget amor:
Tu piger ad flammas Mariæ?ſitibundus in vndis?
Expleat vnda ſitim,pectora flamma voret:
In media nouus vt Pyralis fornace triumpha,
Viueq; in ardenti ceu Salamandra rogo:
Fors friges? flammiſq; dari noua pabula quæris?
Auxiliumq; mea poſcis ab arte tibi?
Macte noua virtute, animos nec deſere fortes:
Protinus & monitis erudiere meis:
Non liber eſt vllus qui non documẽta miniſtret?
Omnia ſunt tepidis apta alimenta focis:
Aſt quærenda ſeges, ſi reſtet, plurima menti,
Sidera vt admoto ſulphure flamma petat:
Inclyta Diuiparæ ſolers veſtigia ſerua,
Queis nihil eſt potius, certius atq; nihil;
Illa,ſuus poſtquam ſceptrum geſturus Olympi
Inuicto rediit Natus ad aſtra pede:
Quot fertur fudiſſe preces,quot vota obijſſe?
Verbaq; luctiſonis exanimata ſonis?
Pignoris abſceſſum dilecti flebat ab orbe,
Mæror erat ſecum non potuiſſe rapi:

Ast

Ah'quoties dixit Matrem cur Nate relinquis?
Perdita quid terris te ſine Nate moror?
Vel te redde mihi, vel me rape in omnia tecum,
Vellor ab amplexu cur ego Nate tuo?
Tu Deus amplecti renuis? concede roganti
Ancillæ ſacros tangere poſſe pedes:
Fortiter hærebo, neq; viuens auferar vnquam,
Sic tua nos capiet terra beata duos:
Deſeris afflictam deſolatamq; Parentem?
Quis releuet Matrem nato abeunte Deo?
Non locus anguſtus cœlum, excipiemur vterq;
Non leuis eſt Nati gloria Matris honor:
Sæpe fui varios tecum ſi paſſa dolores,
Ah'tecum aſciſcar perfruitura polo:
Ægram dede neci, vel me tranſcribe beatis
Regnis, nam ſine te plus nece vita nocet.
Plura queri Matrem Natus non paſſus, at infit
Siſte tuos querulos mater amanda ſonos:
Abſceſſuq; meo tibi ſi deſerta videris,
Et velles mecum nunc ſuper aſtra rapi:
Noſco tuos ignes & ſunt mihi vulnera cordi,
Nam maternus agit te generoſus amor:
Fortiter aſt molles animos mentemq; coerce,
Et noſtros monitus officioſa cole:
Vtile adhuc te Chriſtiadis eſt viuere, latè
Iacta ſeges pingui creſcat vt alta ſolo:
Sic placet! & Patri meritis vt ditior, aureis
Aligerum præſis deueneranda choris:
Interea vt releues certo ſolamine pectus
Teq; meus ſemper concomitet ur amor:
Sume meum ſacra frugis ſub Imagine Corpus,
Sidereoq; leua pectora mæſta cibo:
Hic tibi quotidiè cordi ferat omnia ſumptus,
Gaudia, ſit requies perpetuuſq; vigor:
Quodq;

Quodq; cupis meritòq; ardes dulciſſima præſes,
Sic mihi ſemper eris, ſic tibi ſemper ero;
His dictis ſubridenti dedit oſcula Matri,
Feſtinoq; petit tecta ſuperna gradu:
Virginis ergo tuæ toto ſi pectore flammas
Quæris, & æthereas acriter ignis opes:
Ritè prius ſcelerum noxiſq; notiſq; piatis
Paſcere bis geniti liba merumq; Dei:
Hìc inuita tus noli contemnere Diuæ,
Lætus & amplexus, quos dabit illa, pete:
Pectora delicijs vere cæleſtibus auge,
Quas Deus hìc offert non numerantur opes:
Nec ſatur eſſe velis, ſed ſemper plura require,
Deſipit, his dapibus qui ſatiatur amans:
Tædia ferre pijs nunquam Cęleſtia debent,
Creſcat in immenſum ſemper anhela ſitis:
Hæc tecum meditans dic veſco clauditur Orbe
Qué capere haud tellus, nec polus ipſe poteſt,
Guſtus & olfactus fallunt oculiq; patentes,
Nec manibus conſtans eſt adhibenda fides:
Æternus Deus eſt, quocunq; in fragmine totus,
Si ſapis, ipſe tibi decipiendus ades;
Quodq; negat Sophus, hìc hærēt nō partib⁹ vllis
Ipſa figura, orbis non color albus, odor:
Innocuum Myſtes ſuper aras immolat Agnum,
Fœda virûm propria qui nece facta luit:
Hìc vigilare iuuet terras dum Cynthia luſtrat,
Proſit & integros perpetuare dies;
Omnia calcabo victor conamina, quamuis
Mille inſtent Erebi ſpicula, mille doli;
Si vel anhela fames, vel me ſitis arida lædat,
Deſpiciamq; ſitim, deſpiciamq; famem:
Intima Acidaliæ virus præcordia vexat?
Cypridos hinc fugiat pernitioſa lues:

Si

Si tentet vel vanus honor, vel gloria mundi,
Vanus honor nullus, gloria nulla ſapit;
Si capiar gemmis, hic gemmas calcat Olympi,
Forma? quid credam pulchrius eſſe Deo?
Grandia mens ardet? cœli cui regia ſeruit
Poſſit inexhauſtis me ſaturare bonis;
Hic habear ſegnis vilis ſpernarq; premarq;
Splendidius Virtus abdita lumen habet:
TEMNITE mortales operoſa viuere cura;
Corpora poſt obitum nil niſi puluis erunt:
Inueni portum, rabidas nil æquoris vndas,
Nil Boream timeo, naufragoſq; Notós:
Inueni qui cuncta poteſt, procul ite cateruæ,
Ite Acherontæi, noxia turba, Duces:
Vtar ego caſtè, dum fas, melioribus annis,
INGEMERE, æternum, qui malè viuit, amat:
MNEMoſinō quod liquit amās me paſcet amātē,
Poſt obitumq; dabit non potuiſſe mori:
Hic Deus, illa Dei ſponſa eſt, famulabor vtriq;
Sic ſtatuo, hìc voti me quoq; ſiſto reum:
Dux Erebi vincendus, & in media arma ruendū,
Dummodo ſtet prudens mēs mihi, victor ero;
Sæpe iuuet mea membra feris domuiſſe flagellis,
Si rabidas flammas Cyprius afflet amor:
Has cane vel ſimiles feruenti pectore voces,
Cum placet ad Superum procubuiſſe dapes:
Crebrò ſume Deum, nec tanti Numinis horror,
Arida ab optatis terreat ora cibis:
Maxima debetur ſacræ reuerentia menſæ,
Et niueum pectus ferre neceſſe tibi eſt;
Cæca tamen ſtygij ſunt ſæpe ſatellitis arma,
Frugibus vt ſacris abſtinuiſſe velis:
Obijcit ille tibi ſcopulos Caphareaq; ſaxa,
Nec non panchæi monſtra timenda freti:
Ille

Ille procelloſi ciuiles æquoris vndas,
Occultoſq; obices tartareoſq; metus:
Tota domus tua te contra famuliq; ferentur,
Noſce dolos Ditis, retia tecta fuge:
Mille vafræ cauſæ ſub honeſti fronte latentes
Propoſitum poterunt impedijſſe tuum:
Curia, villa, forum, peragenda negotia, Amici,
Et conſeruandæ ſedula cura domus:
Vtitur his iaculis Dæmon nec tempora differt,
Hoſtis vbiq; ferox, Argus vbiq; vigil;
Interea te torpentem ventriq; fauentem
Reddit, vt in noxas ſegniter ipſe cadas;
Compos erit voti? te nodis arctat ahenis,
Nec mentis vires illaqueaſſe ſatis,
Dulcibus at flammis ſenſus nutritq; fouetq;
Excitat atq; tuas Idalis ſæua faces;
Si qua tamen priſcæ reſtent veſtigia vitæ,
Et pietatis opes robora prima tuæ:
Fraudibus ille ſuis vigilans cocytius Ales,
Cras facies inquit, cras quoq; fiet idem:
Fiet idem cæcis Erebi nam merſus in vndis
Vixeris humana non releuandus ope:
Dulcis amarities ſcelus eſt, eſt dulce venenum,
Blanditijſq; animos fœda libido tenet:
Philtra bibis, data vina putas, tua cõprime labra,
Philtra necant Ditis, vimq; furoris habent:
Dux Orci laticem præbens hortatibus vrget,
Diſſimulanſq; ferit mellea verba necem:
Quid laceraſſe iuuat flauentia membra flagello?
Sæpius & placitis abſtinuiſſe bonis?
Sponte tua longum tolerare famemq; ſitimq;
Atq; ſuper dura ponere corpus humo?
Spernere blanditias annis melioribus aptas?
Et Iuuenem mores ſtultè adamaſſe ſenum,

Po-

Poſcunt verna ſuos fugientia tempora luſus
QVI ſapit ante diem, deſipit ante diem:
Dum licet illecebris gaude, mox feceris iſta,
Cum veniet trepido curua ſenecta gradu:
Ludunt formoſi Iuuenes, laudemq; merentur,
Floridus admiſſis effugit annus equis:
In peius memor ætatis ſis vſq; ruentis,
Et tibi ſic nullum tempus abibit iners:
Dum potes & vultus iuuenili ſidere vernat,
Vtere, præteriens non redit hora tibi:
MORE fluentis aquæ ſplendor præteruolat oculi
Deterior lapſo ſubſequiturq; dies:
Amiſſas lugere roſas fugientis amoris,
Eſt dare nubiferis verba ferenda Notis:
Quam citò deformes deturpant corpora rugæ,
Et color in facie, qui fuit ante, perit,
Lactea quiq; ornant flaui tua colla capilli
Exiſtent canæ per caput omne comæ:
ERGO tibi dum tempus abit vernantis amoris
Carpe tuas violas, carpe repentè roſas:
Semper adeſt tempus lugendi ſemper & hora,
Factorumq; valet pænituiſſe reos:
Luſibus indulge, validæ nec parce Iuuentæ,
Dein lacrymis madeat cana ſenecta tuis:
Melle acherontæo ſunt hæc fucata venena,
Morſq; ſub inſido nectare ſæua latet:
His aures occlude tuas atq; intima cordis,
Principis & ſtygij blanda aconita fuge;
PECCARE eſt dare terga Deo, amplectiq; Tyrã-
Qui regit arbitrio lurida regna ſuo. (num,
Circæus liquor eſt, hominis qui mentẽ animũq;
Mutat in horrendas turpia monſtra feras:
Dæmonas hoc reddit, fuerant qui pignora cœli,
Fœtus auernalis, flamma, catena, lues:
Ta-

Tabida Cocyti ſpuma eſt, hara Ditis & hoſpes,
Cui patet ad ſuperas ianua nulla plagas:
Impulit ipſa Deum hæc peſtis duriſſima quaq;
Et Crucis infamem ſpontè ſubire necem;
Vis tibi ſuppeditem fortiſſima tela animoſq;
Omnis queis hoſtis robora victa cadant?
MENTE geras sēper mortis fera tempora, cuius
Exitus incertus, certa ſit illa licet:
SERIVS aut citius finem properamus ad vnum,
Metaq; ſtat noſtro percutienda pede:
Lex omnes nos vna manet nulliq; cauenda,
Naſcitur hic terris, mox moriturus erit:
Ferre necē omne poteſt punctū: meritòq; poeta
Ille canit: Neſcis quid ferat hora ſequens:
Opprimet extemplo ſatagentē, & vana minātē,
Sontibus implentur ſic Phlegethontis aquæ:
Peccatur, vitæq; micat ſpes credula ſemper,
Falſa licet multos decipit illa tamen:
Obſes adeſt vernale iubar ſplendorq; Iuuentæ,
Aureolæq; comæ purpureæq; genæ:
QVI ſapis, occiduo nimium ne crede colori,
Alba liguſtra cadunt iam moriturq; roſa:
Manè ſuos iactat faſtus ſed veſpere claudit,
Vita hominis breuior fulgurat atq; perit:
Spes vitæ ſcelerum fomes blandiſſimus, ergo
Viue Deo & Mariæ, ſpeſq; recide tuas:
VIVERE ſi cœlo differs, morieris Auerno,
Et fruſtra noxas tempus in omne gemes:
Iuuerit ante oculos etiam tormenta Barathri
Carnificumq; truces propoſuiſſe manus:
Pallenteſque domos Erebi noctēque profundam
Flammataſque pices & phlegetontis aquas:
Gorgonas Harpyas portentoſoſq; ceraſtas,
Eumenidumq; faces, cerbereoſq; ſonos,

Fin-

Finge videre tibi fumantes ſulphure fluctus,
Nigranteſq; amnes, funereoſq; rogos,
Dæmonas ingentes vectare in tartara prædas:
Omnibus & ſontes excruciare modis:
Exulat hinc pietas, lacrymæ voluuntur inanes,
Creditur ille pius, qui feritate præit:
Omnia lamentis reſonant, vlulatibus omnia,
Hic ſtridunt Iuuenes luctiſoniq; ſenes:
Obſcæni puerum crines nodantur in angue,
Et pro ceruſſa pix tegit alta genas:
In ſontes victrix Alecto lampadas vrget,
Ardenteſq; rorat ſæua Megæra trabes;
Hæc interpoſitus mihi tot tormenta cruceſq;
Dic admiſſorum ſordida culpa parit:
Hùc nos præcipites rapit immoderata voluptas
Quæ iactat formæ mox peritura decus? (dis,
FALLIMVR heu miſeri & ſtygijs detrudimur vn
Æternumq; necat, quæ breuis hora placet.
Fœda lues ſcelerum Mariæ mihi demat amore?
Qui mihi ſola quies, qui mihi ſumma ſalus?
Delicias cœli rapiat, viſumq; Tonantis?
O' erebi peſtis digna habitare lacus:
Nulla mihi tollat vis cœlum, nulla triumphos,
Non mundus, tantas non dolor vllus opes:
Stant paradiſiaci venales iure triumphi,
Et datur ærumnis terra beata meis:
Ignis Acidalius iacit impia tela faceſq;
Tela alacris frangam lethiferaſq; faces:
Hoſtis ſi fragilem vitam fore dixerit, atq;
Carpendos flores inſtabileſq; roſas:
Danda Deo eſt dicam tanto magis, itaq; iuſta
Iudicis æterni plus metuenda mihi:
His actus flammis animum ſuper æthera tolle,
Menteq; Cœlicolum gaudia viſe tua;

Gau-

Gaudia quæ dignè celebrentur carmine nullo,
Sed curſim liceat pandere pauca tibi:
QVIS numeret gēmas flāmaq; micāte pyropos?
Tectaq; cum rutilis ſardonicata vijs?
Mille adamantæis effulgent atria ſignis,
Omnia ſunt aurum Cælicolumq; labor:
Regia cælesti latè radiatur achate,
Chryſoliti hìc ardent, hìc amethyſtus ouat:
Martyres hìc regnāt, murex quos ſāguinis ornat
Et grates reddunt, voce fauente, Deo:
Inſpice Virginitas placuit quibus integra vitæ,
Cui numero ſiculi cedit arena freti:
Fortiter hos victu iuuit vixiſſe ferino,
Quà riget alpinis multa cauerna iugis:
Clauſtra inter furuas Ditis ſuperaſſe cateruas
Cypridis ardores multipliceſq; rogos:
Cerne choros Iuuenū, quos læſit nulla voluptas,
Nec ſenſere tuas tetra libido faces:
Pone ſequi gaudent Agnum cythariſq; lyriſq;
Et cantu fundunt emodulante melos:
Omnia ſunt hilares plauſus, ſunt omnia riſus,
Omnia ſunt Charites ſidereiq; ioci:
Diuus amor, pharetrat⁹ amor ſine fine triūphat,
Spicula mille iacit, ſpicula mille parat:
Fuſus humi hęc inter Numen venerare tremēdū
Lux vetat, immenſo lumine ſiſte gradum:
Hic Monados Triadoſq; micat diffuſilis ardor,
Vna Triplexque genu flamma colenda tuo:
Humanæ hinc magnā Sobolis meditare Parentē
Vt tuus ardenti flagret amore calor:
Aſpice fulgentem niuea Thaumantide, latè
Vndique maieſtas, vndiq; fulget honor:
Sub pedibus famulare iubar vaga Cynthia præ-
Mater & in Natum lumina fixa tenet: (ſtat,

Ag-

Agmina Cælituum circum plauduntq; volantq;
Et melos humana doctius arte canunt:
Cantibus aſſultat longè reſonabilis Echo
Diuûm millenis multiplicata choris:
Omnia dant Mariam, Mariæ ſonat vndiq;nomē,
Cantatam Mariam tu quoq; ſæpe voca:
Funde graues gemitus,iteratos funde dolores,
Quæq; tuum laniant pectus aperta gere:
Vulnera aperta gere, optatamq; precare ſalutē,
Senſeris & medicas applicuiſſe manus:
Vt te conſtantem reddat purumq; piumq;
Auxiliumq; tibi denſa per arma ferat:
Dite triumphato cæleſtia gaudia portet,
Gaudia Thæſeis anteferenda fauis:
Te Barathrum & mortē meditantē firmet vbiq;
Numinis & memorem te velit eſſe ſui:
Naſcentes ſcelerum fædas vis tollere cauſas?
Atq; Erebi palmam præripuiſſe Duci?
IVDICII pia mens voluat timidiſſima crebrò
Altius horrores ſollicitoſq; metus:
Illa dies iræ terroris & hora,rigenti
Cui non concutiat pectora dura gelu?
Crede videre (fides præſtat vidiſſe futura)
O' diuina fides, ò veneranda fides:
Iam caligantem mundum ſoliſq; labores,
Aſtrorum turpes & ſine luce faces:
Et maris horribiles fremitus, terræq; ruinas,
Pallentemq; æthram ſanguineoſq; polos:
Dæmonas infernis miſcentes omnia flammis,
Effractumq; Erebum Tartareaſq; fores:
Franguntur ſilices, en ſaxa volantia ſæuam
Horriſonis cladem:teſtificata modis:
Oſſa ſuas capiunt veteres:animata figuras,
Corporeoſq; artus viuificoſq; toros:

IVDICIS irati ſublimi in nube ſedentis
  Quis perferre queat lumina torua nimis?
Terror habet frontē, monſtrant vultuſq; colorq;
  Vindicibns pœnis omnia plena fore:
Exangues gelidus ſontum tremor occupat artus,
  Mox habitaturos tartara nigra putes:
Vltima ſed quatiat reſidem ſententia mentem,
  Protinus in miſeros ore ferenda Dei:
Ditis ad æternos turba execrabilis ignes
  Ite, & Cocyti mergite membra rogis:
Nulla dies Barathri piceis vos eximet vmbris,
  Quos fletus? ſerò nil gemuiſſe valet;
Ite & corporibus meritas exoluite pœnas,
  Impia perpetuis Gens crucianda malis:
Hieronymum Tuba Iudicij torquebat, vbiq;
  Te peccaturum terreat illa tuba:
Te vocet ad gemitus vinctur ū membra ſopore,
  Te vocet ad lacrymas cum nitet orta dies:
Cypria dum rabidos ſenſus dementat Erinnys,
  Aures extemplò perſonet illa tuas:
Perſonet illa aures ſi quis tibi turpia ſuadet,
  Vel ſi vindictam pectoris ira coquit:
Inuidia torquere? ſono tibi tinniat auris,
  Ah' torpes? ſenſus excitet illa graues:
Spernendos alios veſana Superbia ducit?
  Imperat atq; ſuper ſidera ferre caput?
Puluis es æra ſonant, & fœdis vermibus eſca,
  Vana quid inſanus pectora faſtus agit?
Deteſtanda fames rutili te lancinat auri?
  Excidet ad ſonitum ſæua cupido Tubæ:
Si ſtudio capiare gulæ, ſedetur Orexis,
  Selectiſq; velis abſtinuiſſe cibis;
Deniq; perpetuo clangat nuctuq; diuq;
  Æternam vitam ſi parit illa ſono:

I Ah'

Ah' facinus: Superum rebus poſt terga relictis
 Illice nequitia deteriora ſequi?
Diuus amor magnis gaudet, vincaris amore,
 Cur tua ſint ſaxo ſaxea corda magis?
Huic tua corda dato, Mariæ dabit illa beanda,
 Et Barathri poſſis obuius ire rogis:
Spreueris & gazas & opum ludibria falſa,
 Quidquid & obſcæni pectoris æſtus alit:
Effrænis mea muſa ſatis per amæna vagata eſt,
 Prouida dum rebus conſulit illa tuis:
Ad præcepta memor redeat curſumq; fatiget,
 Dum tua res agitur, tu mea dicta nota:
Inſtar apis tibi ſollicito cæleſtia condo
 Mox inter ſuperos mella fruenda choros:
Te facilē miſeris præſta, promptumq; merēdo,
 SÆPE homini Deus eſt officioſus homo:
Nec verbis ſolator ades, ſed conſule factis,
 Quem Chriſtus docuit ſic ſibi poſcit amor:
Pes tuus ignauo nullo torpore laboret,
 Nullo laſſetur dextra repenta metu:
Admorunt tibi caucaſeæ non vbera tigres,
 Nec maſſilææ progenuere feræ:
Doctus ab vrbe diu ciuilia facta ſonoſq;
 Pectore in immani cur adamanta geris?
Eſt pietas humana, nec implacata rigeſcit,
 Diligimus? mites dulci in amore ſumus;
Neſcit amor nymbis frontem rugare ſeueris,
 Neſcit ab implacida ruſticitate regi:
Viuat in obſequio Mariæ culturus amorem,
 MORIBVS exoſum quiſq; perire cupit:
Nonne pauet ſpinas paliuri & vulnera quiſq;?
 Cui molles [illegible] non placuere roſæ?
Oſtentant placidi vultus, quoq; dulcia corda,
 Hinc tibi magnꝰ honos, hinc tibi multꝰ amor:

Plu-

Pluribus hîc prodeſſe queas,nam tēpore capto,
Maxima de Diua ſunt memoranda tua:
Quas tibi non flāmas,quæ nō incendia volues?
Et quas non mentes in tua vota trahes?
Plaudat iò tibi quiſq;manu Mariamq;ſequātur,
Eloquiumq; canant, ore fauente, tuum:
Multa laborantem de ſummo Mater Olympo
Viderit & Charites fundet vtraq; manu:
Artibus his largo ditabis fœnore cœlum,
Clarumq; agnoſcent regna beata Ducem:
Hos inter tamē applauſus meritoſq; triumphos,
Sors metuenda tibi proſpera facta nimis:
Nulla fides pelago infido præbenda, latentes
SÆPIVS in ſcopulos aura ſecunda rapit:
Plaudere ſi iuſtus, faſtus ſubit,imaq; pulſat
Pectoris, & mentis gloria vana tumet:
Dæmon vbiq; vafer cordis penetralia tentat,
Vllas nec tacitas res ſinet eſſe tuas;
Effuge lethales Syrtes ſtygiamq; Maleam,
Naufragiumq; timens delituiſſe velis;
Fama bonū fragile eſt,breuiterq;extinguitur,æ-
Sæpius in cunis emoriturq; ſuis: (gra
Læua tuæ dextræ ignoret benefacta, Tonantis
Quod præcepta Dei non violanda iubent:
Tempore Nicoleos nocturno proijcit aurum,
Et feſtinatæ dat ſua terga fugæ:
Pondere læta cohors auri releuata ſororum
Clamat iò, ſubdit quis miſeratus opem?
Prodiga dextra latet niuei tutela pudoris,
Noſq; acherontæo liberat illa lacu:
Iure fuit fuit illa Dei erecturа cadentes,
At deſperatas cur fugitiua leuat?
Turpia quæ peragit, digna eſt ſub nocte latere;
Ad benefacta Deus quam monet ipſe, redi:

Accipimus, nec ſcire datur dextramuè Virumuè,
Vir fuit ille pius, cælica dextra fuit:
Si vir es, oramus pylij tibi Neſtoris annos,
Detur & in Superum deniq; pace mori:
Hàc gradere, & rerũ Genitor tua munera cernẽs
Reddiderit larga multiplicata manu;
ASSENTATORES ſeruilia pectora vita,
Fertilis eſt quorum plurima vbiq; ſeges:
Nec facilè eſt nouiſſe animos ſub vulpe latentes,
Ditis & occulta calliditate vafros:
Ore gerunt nectar, liuentia corde venena,
Reſq; augent cultu fertiliore tuas:
Viribus eloquij pollent, audacia prompta eſt,
Quis queat his armis præualuiſſe calybs?
Talibus armatum iaculis ſi fingere vellent,
Qui potant latices Nile ſuperbe tuos;
Ceruum ponebant ſub opaca valle latentem
Quem caua mulceret fiſtula blanda ſono:
Dum capitur dulci ſtultus modulamine cannæ
Confoſſus telis vndiq; pulſat humum:
Tu quoq; ſis nulli blandus, ſed mitis in omnes,
Detur vt vtiliter libera verba loqui:
Argue prudenter dictis ætate minores,
Quiq; annis præeunt deuenerare ſenes:
Comprime iurandis linguam, qui iurat vbiq;,
Innumeris crebrò peierat ille malis:
Peius erit Diuis aſſertis falſa probare,
Sunt hæc tartareo facta luenda lacu:
Audieris detractores, compeſce, vel inde
Sermo vbi protrahitur, corripe cautus iter:
Sic aliò linguas vertant, malefactaq; noſcant,
Et diſcedentem te meliora ſequi:
Difficile eſt læſam candentem reddere famam,
Læſa ſemel virus fundit vbiq; ſuum;

Vul-

Vulneri & inflicto quamuis medeare, cicatrix
Semper habet fixum prodigioſa locum:
Tinge verecundas albenti vellere lanas,
Nix prior haud vnquam reſtituenda, perit:
Sic inſectus honor primæuo flore relicto
Ille tibi nnnquam, qni fuit ante, redit:
Quod proprium eſt Iuueni flos illibatus honeſti
Corde tibi ſemper, ſemper in ore micet:
At ſi fortè procax dictum malè læſerit aures,
Ardeat in vultu purpura tincta croco:
Quiſquis erit præſens mores cognouerit aureos,
Virgineaſq; tuæ mentis amabit opes:
Si ſapis hoc facito nomen laudabile magni,
Quod reſides annos non ſinet eſſe tibi;
Diriget ad recti normam linguamq; manumq;
Deniq; Ariſtoridem ſenſeris eſſe tuum:
Si voces oculoſq; amens contempſeris Vrbis,
Pondere librabis faſq; nefaſq; pari;
Calcaris pedibus Rectum Verumq; Fidemq;
Perditus & veræ Relligionis opes:
Deniq; bella Deo noxis Mariæq; mouebis,
Totus eris fallax, totus iniquus eris:
Præterea curarum expers tibi viue, tuoq;
Altiſonos fluctus pectore pelle procul:
Mens tranquilla Deo fruitur, Mariamq; veretur,
O'bona Cælicolis æquiparanda quies:
Hæc priſcis quæſita fuit ſapientibus inter
Glandiferas quercus ſtramineaſq; caſas;
Grata quibus procul haud vrſis rabidiſq; leænis
Menſa fuit gramen, potus & vnda fuit:
Qua tamen in medio felix potiere popello,
Non omnes nemorum teſqua remota iuuant:
Viue tibi rebuſq; tuis aliena repellens,
Pectora ne laniet quidquid in vrbe crepat,:

Claude tuas cautus blandis Syrenibus aures,
Et fuge dulciſonis monſtra timenda modis:
Surdos effecit ſocios pice durus Vlyſſes,
Anxiferos motus tu procul eſſe iube:
Sæpe audita mouent animum, bilíſq; tumeſcit,
Effrænem linguam nec retinere potes:
Dum tibi mens trepido curarum fluctuat æſtu,
Spumanteſq; iras exagitata vomit:
Fauſta ſerenati ſperabis gaudia cœli?
Pectoris & placida poſſe quiete frui?
Lux prius occidui lucebit ſolis ab ortu,
Et fratri lucem Cynthia clara dabit,
Fluctuſq; ſcopuloſq; ergo rabidamq; Carybdim
Effuge, & inſani mille pericla freti:
Compos eris voti ſi cor ſeruaris vbiq;
Alpinis niuibus purius ipſe tuum
Candorem finxiſſe velis? tibi finge puellam?
Cui frontem circum florea ſerta nitent.
Albentis longo chlamydis velatur amictu,
Alba trahunt ſuperos in ſua vota choros:
Dextra gerit niueam dio candore Columbam,
Gaudet & illecebris blanda columba manus:
Quin etiam veteres gallo voluiſſe notari
Morum candorem ſcripta vetuſta ferunt:
Diſcipulos gallum Samius nutrire iubebat
Monſtrantem ſacras integritatis opes:
Hinc Plato Phœbigenā criſtato hoc alite donat
Conficit extremo dum ſua fata die:
Sal monet illecebras Paphiæ: gens accola Nili
Hinc guſtu fertur non tetigiſſe ſalem:
Munditiem tanti fecit ſi priſca vetuſtas,
Moribus aliqua tum nos vigilaſſe decet?
Scire cupis poſſint animi quæ tollere ſordes?
Concinit en paucis noſtra Thalia tibi.

Ignea

Ignea flamma rapax maculas tibi dæleat intus
Multa tibi refluens auferat vnda luem:
Ignis amor fuerit, purgantur crimina amore,
Crebra cadens oculis vnda piaſſe poteſt:
Felices lacrymæ fortunatæq; fauillæ
Corda beant lacrymæ, corda fauilla beat:
Cor gerat illæſũ vt Veneris Franciſcus ab æſtu
Edomat hamatis languida membra flagris;
Nec ſatis immergit gelidi ſe fluminis vndis,
Obſcænas flammas pellat vt ille rigor:
Se iacit ardentes aliàs ſtimulatus in ignes,
Victor & exclamat ignis ab igne perit:
Cor Mariæ tibi ſit cordi, ſubitòq; nitebit
Lucidius vitro candidiuſq; niue:
Dicitur hæc, dubitare nefas, poſt funera Nati
Vt ſecum ferret triſtia ſigna ſui,
Sculpta Dei iuſſu geſſiſſe in corde cruenta
Pignora ſæua nimis, pignora cara nimis!
Hìc fera ferrà nitent roſeis vndantia riuis,
Spina ferit, dulces ſed parit inde roſas:
O'quoties Virgo nimia dulcedine Nato
Cor lacerum dixit languet amore meum!
Dulces exuuiæ ſæuiſſima pignora Nati
Blanditum pectus ſollicitate rubis,
Illi dira necem ſi vos tormenta tuliſtis,
Matri viuendi cur mihi fertis opem?
Apta neci mihi ferte necẽ, q̃d demoror annos?
Natus vbi regnat, viuat amata parens:
Lene mihi vos tormentum, vos grata voluptas,
Sic dolor exoritur, ſic dolor emoritur:
Hic vigilare iuuet, iuuet hic dare mẽbra ſopori,
Vos eritis potus, lautaq; menſa mihi:
Viue cor aſſiduè Matri hilar dumq; ferumq;
Dum Iubeat Natus, qui mihi vita, Deus:

Vmbret faſciculus myrrhæ penetralia cordis,
Myrrha mihi dulcis, myrrha & amara mihi:
Sic imitare tuam Diuam Chriſtiq; cruenti
Dulcia transfixo pignora corde gere:
Sic niueum tibi ſemper erit, ſic igne beatum,
Pectoris & maculas videris eſſe procul
Stringe tenax æterna tibi monumenta ſalutis,
Terraq; vileſcat quidquid Eoa parit:
Dic ego diuitias temno Garamantidos vndæ,
Attalicaſq; licet mors tumulabit opes:
Degeneres curæ abſcedant ſenſuſq; metuſq;,
Quæ cœlum ſpondent aſperiora placent:
Mens immortales ardet mihi quærere cenſus,
Etſi certandum, nil trepidaſſe velim:
Tartara ſæua rotent flammas & fulmina vibrent
In Mariam noſter non minuetur amor:
Cor ſacra gerit alta Crucis Miſteria, par eſt
Curarum, Chriſti pro cruce, ferre crucem:
Has dabis aut ſimiles calido ſi pectore voces,
Senſeris ardenter te ſuper aſtra vehi:
His dictis finem properans, portumq; ſalutans
Collecturus eram carbaſa tenſa Notis:
Et ſolus tacitaq; domus in parte latebam,
Vdaq; ſub cæca nocte ſilebat humus:
Viſa feram, iuſſi, lectores credite, veſtrum
Nec finxiſſe aliquis me mea facta putet:
Sacra canens habet ætherei commercia mundi,
Et regit omnipotens pectora caſta calor:
Ergo præceptis vacuo monitiſq; carenti
Tota domus viſa eſt intremuiſſe mihi:
Fit pauor in flammis, ædes fulgore coruſcat,
Dius & ambroſiæ naribus afflat odor:
Cum mihi ſe Diuus viſu pulcherrimus offert,
Et facies radiat deuenerandа ſenis:

Lumina phœbæos vincunt radiata nitores,
Frons ebur, ardentes ſidera clara comæ,
Aſpectu Ciuis patuit ſtellantis Olympi,
Totus erat ſplendor, gratia totus erat:
Anteit arctoas albenti veſte pruinas,
Et niue candidior terga cucullus habet:
Læua librum geſtat, magni fert dextra Tonantis
Pignora conſtricto falce cruenta Dei:
Agnoui monumenta necis Diuumq;ferentem,
BERNARDVS toto melleus ore fuit:
Diuiparæ cui lacte madent rorantia labra
Labra vel hyblæis præualitura fauis:
Dum ſtupeo, & miror vultus radioſq; comaſq;
Currit & inſolitus dura per oſſa tremor:
Fronte ſerenata & pacato lumine cordi
Abſtulit incuſſos protinus ille metus:
Namq; ait ò Vates diuini cultor amoris
Cui viſum vndenis magna referre modis:
Virginis & flammas, cui cœli regia ſeruit
Pierio Iuuenum melle docere choros:
Illa eadem diffidenti feſſoq; iacenti
Prouida me Superum mittit ab arce tibi:
Virginis ad nutum tibi ſum delapſus Olympo
Sume animos, iuſſus multa canenda fero:
Pauca tuis addam præceptis, auribus hauri
Plurima ſunt breuiter præcipienda mihi:
Eſt Theſaurorum Cuſtos, Vnuſq; Triplexq;
Quos habet immenſa fertilitate Deus:
Sēper habet Virgo Charites, & amantibus vltrò
Erogat vndanti, cum placet, illa ſinu:
Imperet vt Mater Natus ſtimulatq; iubetq;,
In Matrem Natum tantus adurget amor:
Væ miſeris niſi Virgo foret promptiſſima tertis,
Sedula præſentem porrigeretq; manum:

Edentis ſtrepitus ac murmura dira cientis,
Frendentiſq; Orci comprimit illa faces:
Quin raptã redimit prędã & fruſtratur Auernũ,
Ditat & innumeris lucida regna Viris:
Sic iuſtus damnare poteſt quos Natus, amanter
Effuſa trepidos liberat illa prece:
Et noſtris quoq; ſi cupimus fauiſſe Tonantem
Votis; per Mariam certa tenenda via:
Regnamus dum ſeruimus, clementia tanta eſt,
O facies Superum iurè fruenda choris:
MORTALES talpæ vos hæc figmenta putatis?
Voluitis & turpi corpora veſtra ſimo?
Erigite ad noſtros ſtolidiſſima corda triũphos,
Sordebitq; Orbis quidquid honoris habet:
Hæc longum meliora tuus meditetur Alũnus,
Vt ſua cui noſcat corda beanda dedit:
Adde quod implicitus noxis Venerisq; tenebris
Ditis & addictus præda cremanda rogis:
Iudicis irati timeat ſi fulmen & iras,
Nec valeat trepida fundere voce preces:
Impauidus tutum Genitricis pulſat Aſylum,
Hoſpes erit quamuis conſceleratus erit:
Hypocriſim fugiat ſcelus execrabile cœlo,
Cui ſimulaſſe placet diſſimulaſſe poteſt:
Virtutem vultu fucato affectat honeſti,
Voce vocat Mariam; perfida corde necat:
DVLCE gerit labris, acuit ſed pectore ferrum,
Falſa boni Effigies, eſt quoq; falſa mali.
Deterior Barathri peſtis non prodit ab antris,
Stringere quo nequeas Protea fune queas?
Artibus his Iudas placido tulit oſcula Chriſto,
Illita ſed falſo melle tulere necem:
Sic tacita præſter Lybiæ occultatur arena,
Sic tegit immanem pellis ouina lupum:
Fron-

Fronti nulla fides mendacia plura tegenti,
Cordibus ingenuis terra beata patet:
Cor gerat in frontis medio tuus acer Alumnus,
Nec ſimulaſſe velit, ſi ſimulaſſe datur.
Si talis fuerit qualis cupit ille videri,
Incolumi noſtra non eget artis ope:
Concordet facies cordi famulata Tonanti,
Regnet vt in vacuo pectore diuus Amor:
Totũ hominẽ ſũmus; quærit ſibi Rector olympi
Vir medius Barathro dedita præda iacet:
Tum flagraturæ ſerpant in viſcera flammæ,
Hauriat vt ſuperas fertilis eſca faces:
Firmatoq; gradu currat quà ſemita cœlo
Ducit & ad Mariæ tendat anhelus opem:
Et quoties lux Hebdomadæ ſibi ſexta redibit,
Membra velit dura ſponte domare fame:
Abſtineat vetitis dapibus menſaq; dapali
Vulgares placeant inſipidiq; cibi:
Exiguis contenta bonis natura quieſcit,
Dum depreſſa gulæ fœda libido iacet:
Vnica menſa diem ſaturet, quid cœnula dulcis?
Hac ſine veſtra ſopor corpora feſſa leuet:
Quin etiam Mariæ cupiat ſeruire vocanti,
Quemq; calor ſuperum nocte dieq; premit;
Fruge laboratæ Cereris ieiunia ſeruet,
Oderit & liquido pocula plena mero:
Vnda ſapit, ſi Virgo ſapit, quid tempora differs?
Incipe ſuccedent proſpera vota tibi:
Nec ſatis id; lux Hebdomadæ ſed tertia quæq;
Excludet carnes corporeaſq; dapes:
Qua ferant menſam, iucundi fercula piſces,
Sume oleas hilaris caſtaneaſq; nuces; (vſq;
Quiſquis amat Mariam hæc ſeruet, ſed turpibus
Fortior illecebris abſtinuiſſe velit:

Cum feret ille gradus templorum ad limina ſolus
Terrenas curas iuſſerit eſſe procul:
Mittat Hydaſpeas ſibi mẽte reuoluere gemmas,
Aurum vel lucri fœnora quanta gerat:
An ſibi ſurripiant fures ſuffoſſa talenta,
Quidue dabit meſſis tempore cultus ager:
Futilibus mentem auertat, reputetq; ſuperna,
Quid ſit homo, fulgur, mobilis vmbra, nihil:
Quot mortis ſint horrores, quam ſpicula certa,
Iuſſaq; fulminei quam metuenda Dei:
His addat ſcelerum formas & nomina mille,
Ardenteſq; rogos Orce timende tuos.
Hinc ſubeant Agni cæleſtis vulnera cordi,
Franget & egelidum cor generoſus amor:
Quem gero faſciculũ ſemper meditetur, Amãti
Cælicolum ſuccos nam parituris erit:
Sæua licet cui non rumpantur viſcera? quando
Pro famulis dominus, pro grege paſtor obit?
Tempora tractet amans defecturæ vltima vitæ,
Iudicis atq; iras Iudiciiq; diem:
Hinc vocet ad Mariã mẽteq; animũq; fruendã,
Cor rapiat Virgo, corde triumphat amor:
Sub cruce fundentem lacrymarũ flumina viſat,
Cumq; gemente gemat, cumq; cadente cadat:
Cernat & afflictam mæſtus comitetur amãtẽ,
Perluſtrat Solimæ dum loca ſacra pede:
Has illac feſtinat iter gemebundaq; mille
Oſcula dat ſaxis: oſcula figit humi:
Nate meæ vires geminat, mea robora Nate
Sanguine terra madet facta cruenta tuo:
Tantæ hominis tibi molis erat penſare ſalutem?
Vt mortem ſubeas publica vita Deus?
Quæ perimunt animã iam cerno Golgata paruo
Vertice, ſed Nati cæde ſuperba mei:

Gol-

Golgatâ paſſa nefas nullis dælebile ſeclis
Ferte necem Matri perfida, ferte necem
Ad Tumulũ dein tendit iter verſatq; reuerſatq;
Hinc dolor, hinc lacrymæ nil niſi triſte videt,
Aſpicit effractum dirupta mole ſepulcrum,
Natus adeſt victor, gaudia quanta capit,
Aſt alio feſtina pedem diuertit, & vnà
Sedula Bethlemios itq; reditq; lares:
Nullus adeſt finis redeundi, nullus eundi,
Oſcula mille ferunt marmora muta licet;
O'quoties labris ad terram prona laborat?
Nec riget ad flores deſidioſa manus;
O'quoties huc thura vehit ſegeteſq; ſabæas
Myrteolæq; fluit plurimus humor aquæ:
Sic tuus ad Mariam quem ducis fortis vbiq;
Et pius aſſiduum concomitetur iter:
Quam iuuet ob Natum Dominæ ſeruire dolenti?
Flagranteſq; ſui paſcere vbiq; rogos?
Ille ſibi pariet cæleſtia gaudia fletu,
Et fletus gaudet nectare Diuus amor:
Hæc præter, generoſus amãs ſibi liber & inſons
Turpia poſcenti quallacunq; neget:
Sunt pluris facienda Dei quam fœdera amici,
Æternas flammas improba flamma parit?
Aris abſtineat ſocius dum poſcit; Olympi
Ara ſecus fiet ſordida Ditis hara:
Vtilius cœlum eſt, cœlum præponat amico,
Commiſſum crimen nec reuocare poteſt:
Et vultu malit fœda erubuiſſe negando,
Quam fieri ſtygio præda voranda lacu:
Munera mittuntur niueam lædentia mentem
Turpibus & donis illaqueaſſe velint?
Hic animis opus eſt, tenerorum faſcinat aures;
Hac Iuuenum mentes agile dices amor:
Do-

Dona placent ſed corda ſibi famulantia reddūt,
Vtitur his armis inſidioſus amans:
Enſe recidendum vulnus, quocunq; colore
Dextra procax donet, reijcienda puto:
Sacra licet ſint cerea munera, clara vel auro
Omnia ſunt Iuueni iurè cauenda tuo:
Lethales angues ſub gramine ſæpe latentes
Incautis miseræ cauſa fuere necis:
Quiſquis amat Mariā pretio nō proſtet amorē,
Sed velit æthereo Diuæ in amore mori:
Quin catus euellens turpis fomenta caloris
Conetur cauſas eripuiſſe mali:
DEMENS ardores acuit cum tollere poſſit,
Ergo velit calidis abſtinuiſſe cibis:
Prouidus erucas fugiat bulboſq; ſalaces,
Allia, nec menthæ tangat amicus opes:
Tubera vel viſu horrebit ſpirantia flammas
Tubera Auernalis fercula lauta Ducis:
Meſſis aromaticæ prudens incendia vitet,
Nam ſatis ad flammas Cypria flama mouet:
Lactucas contra paſcat rutaſq; ſalubres
Æſtibus & quidquid corpora veſtra negat:
Temperet ardores, & blandimenta lyæi,
Certius auxilium frigida lympha ferat:
Eſt Iuuenis: flammas flammis cur ignibus ignes
Subijcit vt gemino turpius hoſte cadat?
DVLCIS amarities vinum, blandumq; venenū,
Vina nocent animis corporibuſq; nocent;
Sobrietas niueos conſeruat pectoris ignes,
Sobrietate carens vix pius eſſe poteſt:
Diſceſsū meditor: magni eſt ſ ponderis vrget,
Quod tuus aſſiduò pectore voluat amans:
Nempè colat Diui Ioſeph nomenq; decuſq;
Cuncta potis paucas ſi ferat ille preces.

Solus

Solus in innumeris fuit vnum gloria matrum,
  Quem coluit ſocium, quẽ Deus ipſe, Patrẽ:
Fidite mortales Ioſeph: vis maxima in illo eſt,
  Credite quod coram lumina noſtra vident:
Quid renuiſſe queat Patri dominator Olympi?
  Caſto quid ſponſo candida Nupta ſuo?
Ergo preces tuus hic fundat feruenter Alũnus,
  Oratam Diuam ſi velit ille tuam:
Frondibus exornet feſtas beneolentibus Aras,
  Cumq; pijs ſertis candida corda ferat;
Sedulus & poſcat flammas cæleſtis amoris,
  Eſt Ioſeph totus gratia, totus amor:
Amplexu tenuiſſe Deum rexiſſeq; dextra
  Et nutriſſe ſuo membra tenella cibo:
Ægyptum petijſſe fuga, ſecumq; tuliſſe
  Numinis immenſi pignora cara ſibi,
Vbi conceſſum Ioſeph, quem totus Olympus
  Diligit & laudes Turba beata canit:
Deniq; caſtus amans Mariæ iam mortuus orbi,
  Et valido calcans [illegible]ra pede:
Nil India curet vectas à Doride merces,
  Putride nil menſas Sardanapale tuas:
Fundentemq; ſuæ Diuæ Ioſ. vota preceſq;
  Aſpiciat ſurgens aſpiciatq; cadens;
Quærat vbiq; ſuam cæleſtem quærat amantẽ,
  Viuere non cupiat, ſed velit ille mori:
Expetat abrumpi vitam doleatq; gematq;
  Strataq; ſint rigidis aſperiora rubis:
Q[illegible] vileſcant, paſcantur lumina fletu,
  Cenſeat & fletu nil ſibi dulce magis:
Nomen vbiq; canat Mariæ, ſuſpiret vbiq;
  Virginis & ſacris æſtuet ille rogis:
Stamina perquirat, queis ſe coniungat amanti,
  Stamina mortali non ſoluenda die:

Huic

Huic tabeſcenti & flammis melioribus vſto
Blanda mihi requies certaq; danda ſalus:
Captiuum Mariæ iam ſe deſpondeat vni;
Duraq; ſeruili corpore ſigna ferat:
Se ſtringat vinclis, ſint ferrea vincla, catenæ,
Ferrea captiuos iurè catena trahit:
Se cœnum reputet, nec dignum Virgine ſeruũ,
Virgo Dei Genitrix, puluis hic, immo nihil;
Vinciat illa rigens nudum ventremq; femurq;
Cypridis ignouomas edomitura faces:
Vel anus contundatur calor igne rigore,
Æratoq; cadat flamma ſubacta gelu:
Seu placeat, læuum conſtrinxerit illa lacertum,
Languentes animi ne ſinat eſſe rogos:
Quin vicina premat memoris penetralia cordis,
Ne ſtultè fatuus cor ſine corde gerat:
Virginis adſtrictus vinclis noua pręda tumeſcat,
Et quæcunq; ſibi deſpiciantur opes:
Ante iubar Mariæ glacies ſit frigida quamuis
In flammas ierit ſidereoſq; rogos:
Omnes virgineus flos ſpirat odorus odores
Dum viget in viuo pectore flamma Dei:
Dulce ſibi fuerit cæleſtes paſcere amores,
Virginis & ſacras paſcere mente dapes:
O dulces æſtus fortunataſq; fauillas,
Ille calet verè qui ſine lege calet:
Tum monſtris coniuratus bacchetur Auernus,
Cedant conatus luride Auerne tui:
In Iuuenem & quantò ſtygius violẽtior hoſtis,
Certantis tantò gloria maior erit:
EST immane nefas medio procumbere campo,
Seu dare terga malis, ſeu dare terga fugæ:
Æternos ciues ſibi quos iam deſtinat æther,
Nulla grauis ſpecies eſt inopina mali,

Ai veniant tranquilla ſibi cum tempora ſomni,
Et ſileat placido vincta ſopore domus:
Tum profuſus humi, manibus prenſaq; catena
Mellifluis rumpat talia verba ſonis:
Dulcia vincla mei cordis ſolamina, tandem
Nectite me Diuæ vincla beata meæ:
Oſcula vt infigam vobis permittite mille,
Etſi plura feram plus habuiſſe iuuet:
Diua catenatum per vos me ducat Olympo.
Vt ſuperæ adſcribar pars ego lecta plagæ;
Quam meritò Eois vos præponenda lapillis?
Vos & Erythræis anteferenda bonis?
Quam pereo, me cæleſti coniungite Amanti,
Morſq; mihi exoſæ perſtrue lucis iter:
Vel mihi viuenti incumbant tormenta neceſq;
Sit dormire labor, ſit vigilare quies;
Nulla fatiſcentem reuocent momenta quietē,
Nullaq; ſingultus ſopiat hora meos:
Hæc iter ad Mariam, dura eſt quæ ſemita cœlo
Ducit? magnanimis non metuenda viris;
Cur vobis non ſenſus ineſt? iterata daretis
Oſcula mille mihi, mille iterata darem:
Cur ſalit e ferro ſubitò nouus ardor amoris?
Fors Mariæ tædas ferrea vincla vomunt?
Vror iò, remouete ignes, ſunt flammea corda,
Et mea prò quantus deuorat oſſa calor;
Dulcia vincla meę vitæ iam ſoluite vincla,
Mors mihi nā requies, viuere pœna mihi eſt:
Ite pij ex oculis rores & vincla liquate,
Ferrea flammiuomis vincla liquantur aquis:
Priſca vale mihi libertas, ſeruire triumphus,
Hæc ſoluunt captos, cætera vincla ligant;
Dulce Catena mihi radiantis pignus Olympi,
Necte mihi Diuam tempus in omne meam:

Ne-

Necte rebellantes noſtros artuſq; manuſq;,
Duraq;, quà placeat, colla reuincta trahe:
Nec lacrymis madefacta meis contenta videris,
Sanguinem ab abſciſſo tergore forte petis?
Larga tributa ferent pectuſq; numeriq;femurq;
Ictibus & madeant ſecta cruore tuis:
O'nunquam laudata ſatis, celebrataq; nunquã
Vnica vincla ſalus, vnica vincla quies;
Si vos contueor liquuntur pectora flammis,
Ni vos contueor victus amore cado:
Victus amore cado Virgo me ſuſcipe ſontem,
Quam longè ſuperat ſors mea vota mea:
Hos ſimileſue ferat queſtus & Virginis ardens
Viuat amans felix & moriatur amans:
HÆc tibi dicta ſatis diuini ſcriptor amoris,
Plura vetat niueis Lucifer ortus equis:
Tangentem cymbam portũ iam ſerta coronent,
Serta per innumeros non peritura dies:
Vera ferent noctes vigilatæ gaudia, Diuam
Et iuuet æternum te ceciniſſe tuam:
Perge poli flaminas facili celebrare camæna,
Et dabitur cœlum demeruiſſe tibi;.
Dixerat & placidos in me conuerſus ocellos
Ad Superos multo lumine ſeptus abit?
Ambroſias efflat cedentis ſpiritus auras,
Totaq; panchæo flagrat odore domus:
Ergo canam Vati reſtant quæ pauca canenda,
Impatiens Mariæ dum cremat oſſa calor;
Eſto animo mecum vigili cæleſtis Alumne,
Extremumq; tuum mente reuolue diem;
Hic opus hic labor eſt: puncto ſortiris, in vno,
Cælituumq; choros, Tartareoſue lacus:
Vel riſiſſe feres æternum vel gemuiſſe,
Nec vitaſſe queas damna relata ſemel:

Mors

Mors inſtat dicuntq; vale phyſiciq; parentesq;
  Omnia luctus habet planctus vbiq; ſonat:
Tu miſerande iaces lethi mox præda futuri,
  Artus frigeſcunt ſemianimeſq; pedes:
Morte natant oculi, & fulgentia lumina ſolis
  Quærunt, ſed tenebris languida facta cadunt:
Oris honor perijt, perijt quoq; purpura vultus,
  Liuida labra rigent, frigida lingua tumet:
Nullus adeſt, qui præſtet opē, ſtāt Tartara cōtrà
  Inq; tuum exitium noxia monſtra vomunt:
Ante oculos piceæ furiarum lampades ardent,
  Tela pauor vibrat, Dæmones arma mouent:
Commiſſæ ſcelerū ſordes, contēptus Olympus
  Spem veniæ tollunt incutiūntq; metus;
Teq; reum necis æternæ poſcuntq; probantq;,
  Et prædæ vaſtis faucibus Orcus hiat:
Hæc inter tot deprenſo tormenta pauoreſq;,
  En adeſit requies Virgo futura tibi;
Auxilium latura ſuis non deficit vſquam,
  Aſt quocunq; pedem dirigis, aſtat amans:
Sed mage dum triſtis lethi ſuper imminet hora,
  Hoſtes victurām ſedula præbet opem:
Aſſidet afflictis deſperanteſq; tuetur,
  Et iubet audaci bella mouere manu:
Tum proſint tibi quid Creſi celebrata talenta?
  Pinguia quid culti iugera mille ſoli?
Quid ſuperaſſe Sophos dictis vetereſq; nouoſq;?
  Vellera quid tandem murice tincta iuuent?
Iuuerit eſurie gazis releuaſſe cadentes,
  Et Venerem multa perdomuiſſe fame:
Iuuerit ardores ſtygij viciſſe Tyranni,
  Et ſcelerum mentes non temeraſſe lue;
Iuuerit ætherei leges ſeruaſſe Tonantis,
  Integrūmq; animi non violaſſe decus:

De-

Quod doceò exiguū eſt, vel ſortè videbitur, vſus
Profuit at multis in quibus ipſe fui:
Cura ſubeſt cordi Veneris quæ concitet ignes?
Quos mouet occurſu pulchra puella tibi?
Flamma morata facit vulnus lethaleq; vulnus,
Et rapit ad Barathri pernicioſa lacus:
Ergo Crucis ſigno cor ducto Pollice muni
Hoſtibus obſeſſum terq; quaterq; tuum:
Senſeris ardores releuato corde fugatos,
Atq; aliò Venerem proripuiſſe pedes:
CRVX acherōtheas potis eſt proſternere turbas
Nam ſtrident viſa Tartara læua Cruce:
Crux fugat anginas tuſſes turpeiq; tumores,
Multiplicesq; febres peſtiferamq; luem:
Hac fide & vinces olim clamauit Olympus,
Dum CONſtantinus ſtricta perarma ruit:
Ille fuit victor ſuperato cæde Tyranno,
Dæmone depulſo tu quoq; victor eris:
Hanc gerere infixam cordis penetralibus altè
Imperat ardenter quæ tibi viuit Amans:
Illa vbicunq; videt noſtræ monumenta ſalutis
Excubias peragit, nec mouet inde pedem:
Poſce tibi vigilem Mariam Mariæq; calentes
Flammas ardenti pectore fuſus humi:
Fuſus humi dictoq; vale mundoq; tibiq;
Feruidus hos dulci profer ab ore ſonos:
En iuſſis addicta tuis mea certa Voluntas
Virgo fruenda quies, Virgo fruenda ſalus:
Omnibus obſcænis certū eſt præferre pudorē,
Ditis & igniuomas non timuiſſe faces:
Terga dedi perſæpe tibi ſi turpis vbiq;,
Parce, reum fidei me pudet eſſe meæ:
Virgo voluptatum tu nimbos fundis, & imbres,
Tu Charites donas fertiliore manu:

Aſpi-

Aſpice me prædam factum maleolentis Auerni,
Incipiam eſſe meus, cum potero eſſe tuus:
Nil prius eſſe putem Superũ quã viuere regno,
Eſt ſpes inde mihi, ſpiritus vnde micat:
En fauet, & Cœlum pulſis admurmurat aſtris;
Huc ades ò lacrymis illacrymata meis:
Non vllum pretium mihi te, nõ auferat aurum,
Quęq; animos laqueant, gemmea dona leues:
DVLCIA; prætereunt citius fugientibus vndis,
Certius in blandis atra venena necant:
Auſpice te, moriens fac vt tranſcribar ad aſtra;
Nexaq; me tecum ferrea vincla trahant:
Aduerſas alius fortis res ferre recuſet,
Eſt mihi mens nullis vertere terga malis:
Ah! Terris fortunata ſine Virginis aura,
Nil mellis legitur, nilq; leporis ineſt;
Ite procul gemmæ, procul hinc abſiſtite curæ,
Gemma mihi Virgo, cura ſupernus amor:
Quid vernale iuuet corpus roſeiq; lacerti?
Oraq; puniceis anteferenda roſis?
Omnia ſunt puluis, cinis omnia, & impete certo
Semper ad Occaſum corpora noſtra ruunt:
Quis nouus ignis edax præcordia lancinat? ipſa
Quodq; mihi cæcat lumina grande iubar?
Diua faues captis & flammis dulcis amoris
Sola rapis ſenſus & ſine morte necas:
Ignibus adde ignes, telis ſuper ingere tela,
Intima cæleſtes addeq; in oſſa rogos:
Vſtus amore tuo clamabo, ſpiritus ardet,
Languet & æthereà mens ſaturata dape:
Virgo tuis flammis nimis imperioſa triumphas,
Vror io, remoue Diua colenda faces:
Diua tibi moriar, nequeo tua lumina ferre,
Tantus in ore decor, tantus in ore Deus:

His

His iaculis cor fige tuum cæleſtis Alumne,
Stetq; tibi Mariæ ſacro in amore mori:
EN OPVS exegi, Iuuenes applaudite, Magnæ,
Excitat ad flammas quos Genitricis amor:
Diſcite tartareas hinc debellare cateruas,
Orbis & illecebras diuitiaſq; leues:
Æternæ quærantur opes, quærantur honores,
Spiritus vt meritis diues ad aſtra volet:
Diſcite virgineis traducere moribus œuum,
Quam cecini, mentis poſtulat illa niues:
Exiguumq; manu crebra verſate libellum,
Plurima pro Cœlo iuſſa libellus habet:
Quem nec edax violet tẽpus, nec fortè vetuſtas
Serior at volitet docta per ora Virum:
Quò ventoſus agor? mihi tu mea Diua dediſti,
Ardores Elegis edere poſſe tuos:
Tu ſeruas me cantantem, dum funerat Vrbem
Lucenſem peſtis prodigioſa meam:
Quod ſpiro placeoq;, tuũ eſt ſanctiſſima Virgo,
Quod patriæ paſſim laudor ab ore, tuum eſt;
Ergo tibi ſit totus honor, tibi gloria ſoli,
Si ſeruent noſtros ſecula longa Typos:
Tu potes æternum Cœlo me Diua beare,
Tu potes à ſtygijs me reuocare rogis:
Nec ceſſare iuuat: mox ergo noſtra Triumphis
Seruiat ò Cuſtos Angele Muſa tuis.

FINIS.

DE ARTE AMANDI ANGELVM CVSTODEM

Libri Tres.



FRIDERICO
MANSIO
VIRO CLARISSIMO
Guido Vanninius S.

T*Ertium opus in lucem edendum meũ erga te, toti Vrbi notiſsimum poſtulat obſequium; Adde, ſacrum ſacra decere Virum; Præterea quàm benè tibi Cathedralis Eccleſiæ Maiori Pænitentiario Opus, de Angelo Cuſtode ſuos Alumnos ad ſalubria in hiſce libris Pœnitentiæ genera, & hortante, & impellente libentiſsimè dono, atq; dedico. Faxit Deus, vt mea Muſa*

rebus iamdiu ſacris addicta ſaltem efficiat, vt in te, tuamq; nobiliſsimam Familiam poſteritati meam teſtetur obſeruantiam. Et ne te amplius morer, Vale, meaſq; nugas, quas ſemper aliquid eſſe putaſti, crebra (ſi datur otium) manu reuolue, meque vt ſoles ama; Vale iterum.

LIBER PRIMVS
DE
ANGELO CVSTODE.

PERGITE felices Elegi cæleſtibus auſis
Tollere humo Vatem, dum calor intus agit:
Olim me flammas Diuini iuuit Amoris,
VIRGINIS & nuper concinuiſſe faces:
Nec tamen ignauo mens eſt torpere veterno,
Hybernos bruma diminuente dies:
At potius Vati dexter mihi diuite cenſu
Dum princeps facit hæc otia longa ſuo:
Aonas ad montes Iuuenes nec ſanguine claros
Ducere, tartarea peſte furente, licet:
Nec licet Eloquij per campos iſſe patentes
Pectora nec blandè ſollicitare Virùm;
Aligerum ſacro fas indulgere labori,
Si Superum labor eſt increpuiſſe lyras:
Quod norim curſus nouus eſt, ſtadiumq; relictũ,
Hùc inferre pedem mens animoſa iubet.
Cæpta iubet diuinus amor proferre beatos
Ille regit Ciues, imperat ille Choris;

Hoc Duce quis dubitet mẽtẽ per iniqua locorũ
Dirigere? & vires extimulare ſuas?
Vos quoq; ſiderei Proceres mihi pãdite clauſtrã,
Et quoſcunq; obices eſſe iubete procul:
Illæſos hominum greſſus eſt ducere veſtrum,
Ictos ne lædant obuia ſaxa pedes:
Vos cœlis patrij dulciſſima flamina Cœli,
Ergo fluctiuagæ velificate rati:
Principio robur Superùm doteſq; faceſq;
Præſidis Aligeri munia deinde canam:
Tertius eſto labor, tanta quã gratus amori
Dum viget eſſe queat Vir Mulierq; via;
Terminus hic operis pſcriptaq; meta laborũ eſt
Feruidus ad cliuum ſudet oportet equus:
Omnipotens nõndũ Genitor ſuprema poteſtas
Duxerat è nihilo quidquid Olympus habet:
Quidquid habet nõdũ diſcreuerat ordine tellus,
Aſt erat immenſum Cimmeriumq; Chaos:
Præbebat Phœbus tenero nec lumina mundo,
Vndiq; nec flammis luna coruſca nouas,
Quando ait ille ſator rerum cum luce creentur
Noſtra Cælicolum millia multa manu:
Quo mox ornentur ſtellata volumina cœtu,
Excipiatq; nouum Curia ſacra Genus:
Orbibus æthereis præſint, Mundoq; futuro,
Quàq; placet pennis tradita iuſſa ferant:
Effrænes reprimant Euros, Boreamq; minãtẽ,
Torrentes fluuios, veliuolumq; mare;
Sunto hominũ præſto generi, properẽtq; ſalutẽ,
E terris celeres vota preceſq; ferant,
Sic ait, atq; acies Superum, claraſq; phalanges,
Milleq; myriadas, voce tonante, creat;
Millia quot nemo numeret, ſplẽdentq; volantq;
Flexa genu Dominum deuenerata ſuum;

Nec

Nec ſatis: agminibus ſuper ingerit agmina, par-
En ſeges excreſcit multiplicata nouo: (tuq;
Vere prius numeres frondes, vel tempore eodē
Quas tellus gemmas lata per arua parit;
Turba micat, vulguſq; ſacrũ ſibi geſtit, & arde,
Nulli eadem forma eſt, forma eademq; tamē:
Naſcitur hic clamyde aurata, ſed lacteus ore,
Fulgurat hic oculis, fulgurat ille genis; (dat,
Exertat pars pulchra humeros, pars pectora nu-
Pars habiles choreis vibrat amanda pedes:
Huic cirri ſine lege fluunt per eburnea colla,
In nodum flauas colligit ille comas:
Cæſaries neglecta licet neglecta ſuperbit,
Et vomit æthereas conſpicienda faces:
Dius amor, pharetratus amor ſocia agmina cer-
Lætatur, fratres cenſet & eſſe ſuos; (nens
Grataturq; nouas acies & vbiq; triumphat,
Dius amor viuat, clauſtra beata ſonant;
Atria viuat amor reboant, cytharæq; lyræq;,
Plectraq; reſponſant vndiq; viuat amor.
Agmina Cælituum en ſummo producta Parēte
Imparibus cecinit ſacra Thalia modis:
Nomina ſi poſcas poſitoſq; ex ordine Cœtus,
Non eſt hæc noſtris meta terenda rotis:
Angelus eſt totus natura ſpiritus, altè
Spiritus immenſo deditus vſq; Deo;
Mens totus, nam materia non præditus vlla eſt
Vis quoq; non vlla parte ſecanda viget:
Corpore quin expers agilis penetratq; volatq;
Audit non viſus, nec quoq; viſus adeſt:
Non patitur cariem, corrumpi tempore quouis
Haud potis, & lethi neſcius aſtra colit:
Robore mentis agit nunquam defeſſus inerſq;
Arbitrijq; volens numine cuncta facit;

Vt cæptum feſtinet iter mandataq; curet,
Non eget ille manu,non eget ille pede:
Stent adamanteo clauſi munimine poſtes,
Aliger, haud læſis poſtibus, intus erit:
Si quis claudatur terræ penetralibus imis,
Vel ſub gurgitibus rauca Malea tuis,
Aligerum terræ pateant penetralia pennis,
Cimmerijq; ſinus rauca Malea tui:
Rerum opifex ſummus voluit quæcunq;crearat
Robore ſeruari Cælituumq; manu;
Illi aſtant præſuntq; datis firmantq; mouentq;,
Nonne ingens Superis robur ineſſe putes?
Si circumfuſo libratur in aere tellus,
Patronos trepidæ noſcit adeſſe ſibi:
Sunt alij, quibus eſt curæ diffuſilis æther,
Hos flamma, aſt alios ſtagitat humor aquæ;
Corpora Cælicolæ mira ratione gubernant,
Tutantur volucrum quadrupedumq; genus:
Vrbibus inuigilant, ditiſſima regna tuentur,
Adde humiles pagos, oppida, rura, lacus:
Agmina defendunt telis metuenda coruſcis,
Aſſiſtunt templis, & loca ſacra fouent;
Aræ tolluntur,cuſtodit & Aliger aras,
Hoc exempla fidem teſtificata probant.
Sidereæ non eſt anguſta potentia Pubis,
Scripta ducent Moſis, ſcripta latina docent;
Robore ſi placeat riphæa cacumina quaſſat,
Pontum agitat, ſiccat flumina, rūpit humū:
Agminis Aſſirij quot mi llia meſſuit vnus,
Protinus & factum parua ſecuta mora eſt?
Fœta cadaueribus ſquallebant omnia,paſſim
Flumina cæde rubent,ſanguine cūcta fluunt:
Arua cruentatis opplentur vaſta quadrigis,
Cumq; ſuis Dominis contumulantur equi:

Cirrati procerum turpantur puluere crines,
Nil valet hic virtus, omnia cæde natant:
Perſica gaza iacet formidandæq; phalanges,
Et palmam de tot millibus vnus habet;
Aliger vnus habet, qui motu præualet Euris,
Fulmina præuertit pennigeroſq; Notos:
Mente nihil magis eſt velox; tamē Angelus olli
Longè poſt habitæ, dum volat, ante volat:
Præterea quæ pulchra velint contēdere forma?
Inclyta ſint quamuis dant ſuperata manus;
Aurea ſidereas iaculantur lumina flammas,
Gaudia fronte ſedent, ridet in ore charis:
At ſi res poſcat, ſpirabunt lumina mortem,
Fronte minæ rigeant, nil niſi triſte ferat:
Teſtis adeſt Daniel, rapidas qui Tigris ad vndas,
Crine hirtus, facie pallidus, ore tremens,
Alitis ætherei viſo vix lumine languet,
Ceu ſubito tactus fulmine fuſus humi;
Quantum præualeat cæleſti melle loquendi,
Siue velit grauibus verba tonare modis,
Nulla Virū vox ferre queat, vel promere lingua,
Quippe Dei ſemper mellea dicta bibit:
Adde quod ipſe Pater Superū quoq; ſæpius vſus
Flacidis lingua cum ſua iura daret;
Angelus ille fuit diuina luce coruſcus,
At vultu ſummum prætulit ipſe Deum:
Qui tonuit contra deceptum coniuge Adamū,
Qui dabit vndè queas viuere, ſudor erit:
Es puluis, quoq; puluis eris, quia tradita iura
In vetitum ſtulto ſunt tibi fracta meum;
Ille fugatus abit paſſurus quidquid acerbi
Per varios caſus noxia vita parit:
Aſt paradiſiacæ qui ſeruet limina portæ
Fulmineo poſitus præſidet enſe Cherub:

 Sic

Sic ſpecie monſtrante Dei faciemq; coloremq;
Ille eſt cum priſco ſæpe locutus Abram:
Angelus imponit famulanti plurima Moſi,
Sinarumq; iugo dat ſacra iura ſuper:
Sponſa ſui Sponſi diuinis torrida flammis
Talia dulciloquo pectore nonne refert?
Lilia dilectus meus ignis paſcitur inter,
Lilia ſythonia candidiora niue:
Quis Sponſus? Deus eſt: Superi ſunt lilia, ſacros
Cælicolas inter paſcitur ipſe Deus:
Purius Aligerum turba quid ſplendeat? ecquid
Æthereo Superum præſter odore magis?
Lilia portantur cœlo, digniſſima cœlo,
Illa decent crines Cælituumq; manus.
Labitur è Superis ſtellata in veſte Miniſter
Angelus ad Mariam totus ab ore iubar:
Aurea Zona latus cingit, comitantur euntem
Agmina ſidereis conglomerata Choris:
Gratia peruolitat cirros faciemq; humeroſq;
At ſedet in labris imperiola nimis:
Magna relaturus cæleſti flagrat amore,
Quid gerit in dextra? lilia cana gerit:
Lilia virginei ſunt pignora certa pudoris,
Nil Mariam hoc poterat flore tenere magis:
Sidereæ Superos patriæ ſi lilia dixi
Lilia mortali non peritura die;
Credo etiam, nec me vatem ſententia fallit,
Fulgere cæleſtis ſidera digna plagæ:
Lucifer inuicta victus Michaelis ab haſta,
Cum petijt ſtygios tartara cæca lacus:
Tertia ſtellarum lapſantem ac dira minantem
E Superis pars eſt nonne ſecuta Ducem?
Ætherei Ciues conſortes aſtra fuere,
Ergo Cælicolas ſidera iure voces:

Quid

Quidquid habet ſidus, vel quidquid ſidus ami-
Angelus euentu proſperiore parit: (car,
Stella micat magis hic radijs Hyperione nati,
Hic fugat horrores nox tenebroſa tuos;
Officiunt ſtellæ triſtes caligine nubes,
Ardentem pandit, quà volat ille, diem:
Nautas illa regit dubios ſtridentibus Euris,
Hic formidantum dirigit acta Virum:
Illa metus aufert hominũ cum dulcè rubeſcit,
Dæmonas hic præſens territat atq; fugat;
Quid loquor?auxiliare iubar non deficit vnquã,
Nos ſatui volumus ſidus ab eſſe procul:
O miſeras talpas addictaq; corda Barathro,
Semper vbi luctus,ſemper & horror ineſt;
Angelus afflictos recreat,morbiſq; medetur,
Nec negat auxllium, nec negat ille manum;
Gentis Idumeæ centena exempla loquuntur,
Quæ paſſim Iuuenum plurima quiſq; legat;
Piſcinæ qui promptus aquas fluctuſq; moueret
Sedibus è Superis Angelus vnus erat;
Vnda ſalus vni fuerat, Chriſti omnibus vnda,
Hæc animos ſanat, corpora at illa prior:
Angelus extraxit peritura ex vrbe morantes,
Angelus & Vati porrigit ecce cibum: (eſt
Parce metu Iuuenis,non piſce vorabere.præſto
Angelus optatam qui tibi ſubdat opem:
Quis canit Infanti dulciſſima carmina Chriſto?
Dulce quis æthereum,voce fauente, melos?
Quis vocat agricolas pueri ad præſepe moran-
Cuſtodes ouium quis properare iubet? (tes,
Hæc Superum fecere chori per inane, verendi
Et ſtabulum Domini circumiere ſui:
Omnia ſunt hilares feſto cum carmine plauſus,
Æthra ſonat, gaudent ſidera,fulget humus:

Omnibus idẽ animus, labor idẽ ex lege Tonãtis
Horriſonas dira voce animare tubas:
Iuſſa citi celerant, Phœbus quà circinat auras
Quàq; procelloſæ Tethyos vnda rigat;
Lethifer auditur ſtrepitus, clangorq; tubarum,
Horror vbiq; fremit, terror vbiq; tonat,
Tibridis exhorrent fluctus, bacchatur Orontes,
Eufrates furiat, nec ſilet vnda Tagi:
Concitus Eridani euulſis furit æſtus arenis,
Tollis ad aſtra caput diues Ibere tuum:
Cornua fert cœlo Tanais Zanthuſq; ſuperbuſq;
Infremit Eurotas, Migdoniuſq; melas:
Quiq; retorquendis luſit Mæander in vndis
Fert ponto rapidas impetuoſus aquas:
Inde effrænatus Ganges & Phaſis & Iſter
Termodonq; tonat, nil niſi triſte vides,
Æſtuat Alphæus; tumuerunt Arnus & Æſar,
Quiq; amnes fuerant, æquoris inſtar eunt:
Oceani rabies diſruptis effera frænis
Fluctibus inſanis quà data porta ruit.
Omnia quaſſantur diro clangore tubarum
Exululant montes, diſſilit omne ſolum;
Mugit Athos, Tauruſq; cilix, rugit Æmos & Oe-
Aeriaſq; alpes intremuiſſe vides; (te,
Caucaſus inſueto rabidos vomit ore boatus,
Cellaq; cum Pindo parturit Oſſa metus:
Nubibus horrendum latè tremit Apenninus,
Multiplicatq; nouis ignibus Ætna rogos:
Infrendunt colles deſolatæq; cauernæ,
Montibus & montes bella mouere putes,
Sæua frequentatis reſonant clangoribus æra,
Æthra tremit, rugiunt tartara, terra labat:
Sidera luceſcunt nigra ferrugine tincta,
Fœtaq; tabifico Luna cruore rubet:

Sol latitat picea teſtans ſub nube dolorem,
Iratumq; ſui eſt præſcius ipſe Dei;
Interea vox vna fremit roboatq; per auras
Triſtibus Aligerum multiplicata tubis;
Surgite defuncti mortales, ſurgite vitæ,
En ad Iudicium vos data ſigna vocant:
Inde legent extinctorum quæcunq; ſuperſint
Aut cinis aut varijs oſſa relicta locis.
Iam properant per teſqua citi per luſtra ferarū,
Per iuga, per ſaltus, per vada ſalſa volant:
Antra recluduntur, ſunt omnia peruia, fortes
Cælituum turbas, nil latuiſſe poteſt;
Puluis erat, nunc corpus adeſt, vox priſca ſuſurrat,
Nudaq; vitalis roborat oſſa vigor:
Hinc veteres agnoſcentes iuueneſq; viroſq;
Spe dubios firmant alloquioq; leuant:
Tot ſtrepitus inter formidandaſq; ruinas
Quas tulerit pauidis hora ſuprema reis,
Dum veniæ ſpes nulla, Dei vindictaq; ſæuit,
Dum non flectendi Iudicis ira tonat;
QVID iuuet illecebris ſaturū vixiſſe nefandis?
Et renouaſſe dapes Sardanapale tuas?
Hauſti quid gema peregrino ex orbe liquores?
Vndiq; quid cenſus, nomina, fœnus, agri?
Corpora quid plumis, gaza fouiſſe vel aurea?
Turpibus & vitijs dilapidaſſe bona?
Quid ludis triuiſſe dies, triuiſſe falerno?
Dum faſtidiros vmbra nemuſq; leuant?
Sordis Acidaliæ ſaturati mille furores?
Et delaſſati turpi ab amore tori?
Mille tributa ferant artes, nil reſtet inauſum;
Quodq; placet liceat, tetra libido regat:
Illa dies noxas caſtigatura rubebit,
Veniet & Iudex, quem latuiſſe nefas;

Qui minimas mentis curas quas volueris intus
Librabit lentè, verbaq; ab ore tuo;
Cui placuit vitijs animum merſiſſe, Tonantis
Iudicis ora queat ſuſtinuiſſe reus?
Tum releuaſſe velis miſeros potuq; ciboq;,
Et pannum nudis membra dediſſe tuum;
Proderit excepiſſe domo menſaq; per orbem
Errantes pietas quos facit eſſe Dei:
Proderit iſſe ægros viſum victiſq; leuaſſe,
Donaq; munifica ſuppeditaſſe manu:
Proderit incluſis ferrato carcere clemens
Si quid opis tuleris præſidijq; celer:
Deniq; corporibus fueris ſi prōptus humandis,
Atq; pia requiem voce precatus eris:
Interea nouus Aligeros labor expetit, ipſi
Vt ſontum faciant agmina fæda procul;
Iudicis ad dextram gens adſit lucida vultu,
Et læuam teneat turba nefanda manum:
In alij geſtant noſtræ monumenta ſalutis,
Vndiq; ſideribus quæ radiata nitent:
Hic gerit ingentes clauos fulgore micantes,
Spinea ſerta cohors conglomerata gerit:
Flagra alij, funeſq; alij, ſacraſq; catenas,
Haſta per horrores facta cruenta micat:
En videor vidiſſe poli per inane Cylindrum,
Cælicolaſq; ſacer mille Cylindrus habet:
En prodit qua tartareæ cecidere phalanges,
Et phlegethonteæ procubuere fores:
Millena radiata face CRVX alta niteſcit,
Quā circū Superū non numeranda Cohors;
Certatim lunant humeros flectuntq; pauentq;,
Subijcit hic dextram, ſubijcit ille caput;
Spes hominum ſalue, ſalue mea vita, meū Cor,
Auxiliumq; meum præſidiumq; meum:

Cur lugubrè rubes, formidandumq; minaris?
Omnibus exitium ſors paritura rubes?
Cæde madeſcis adhuc Agni, quid mitius illo?
Cōprime quos præfers facta benigna metus;
Rorantes oculis quos fundimus aſpice riuos,
Parce minis, arctus intremuere mei:
Munera vidiſti Superum cæleſtis Alumne,
Quæ curſim Vati ſat te igiſſe fuit:
Adde quod auxiliū magnū tibi præſtet opemq;
Quodq; graues culpas iuſſerit eſſe procul:
Cælicolæ maculis hominū mærentq; dolentq;,
Et lacrymas fundant ſi lacrymaſſe queant:
In Patrem plerumq; vident inſurgere natos,
Necnon audaci bella mouere manu:
Ipſe Deus pater eſt, natos qui morte redemit,
Largiter & fuſo parta cruore ſalus:
Ergo quem Superi ſubmiſſo poplite adorant,
Quo cœlum Barathrum, ſidera, terra pauent?
Lædere puluis homo malefactis audeat? ille
Qui ſimilis præfert os humeroſq; Deo?
Sic ſcelerum cauſa Ciues triſtantur Olympi,
Dæmones exultant Tartareæq; domus:
Deferat at contra ſi ſordes gaudet Olympus,
Dæmones infrendunt Tartareæq; domus:
Orbis ſunt Superi Clypeus, vigilantq; ſaluti,
Alati nullo deficiuntq; loco:
Quiſq; laboret, habet ſocios, det mēbra ſopori,
Angelus auxilio, dum iacet ille, præeſt:
Pugnantes iaculis armant & robora ſubdunt,
Stare docent contrà, nec dare terga fugæ;
Illecebras vitare mouent aconita Barathri,
Quæq; ſub Inferno melle venena latent:
Viciſti? tibi victori gratantur, & ijdem
Crinibus intexunt aurea ſerta tuis:

Eſt celebris Raphaelis amor, quid nomine mon-
Quid ſonat ille ſuo? ſum medicina Dei;(ſtrat?
Sũt Superi medicina Dei, & medicamina portãt,
Quæ proſint animis, corporaq; ægra iuuent;
Hæc alibi noſtro ſignabitur area curru,
Nunc feſtinanti hæc meta cauenda rota;
Aſt alios inter Michael virtute ſuperſtat,
Iactat & inſigni parta trophæa manu:
Fortis Idumeis olim tutamine turbis
Præfuit, & robur dexter vbiq; tulit:
At multò nunc tutatur vigilantius altam
Ipſe fidem Chriſti, Chriſtiadumq; genus:
Ex adamante nitet Clypeus quẽ geſtat, & arma
Cuſpidibus nulla parte notanda rigent:
Si ſit opus ſpirant ardentia lumina mortem
Terror fronte ſedet, fulminat enſe manus;
Nulla valet virtus hoſtilis tendere contrà
Lucifer edomitus ſemper amara gemet:
Ille auſus ſummo ſe ſe conferre Parenti,
Traxit veſanos in ſua fata Choros:
Viribus illa ſuis nimium male freta Iuuentus,
Dementem rabie tacta ſecuta Ducem:
Dux ait ò cœli proceres, gens lecta, timores
Mittite, & huc rapidos accelerate pedes:
Ardua mens agitat; cæptis nec robora deſint,
Pectoris ardores fortia facta probent:
IN MAGNIS trepidare nefas, fortiſſima virtus
Nil timet aduerſi, ſed generoſa præit;
Aſcendam, ſtipate Ducem, ſedemq; locabo,
Arbiter omnipotens quà regit aſtra manu:
Illi me ſimilem faciam, placet alta tenere,
Maximaq; audendo nos potuiſſe iuuet:
Audijt inuictus Michael ſcelerata mouentem,
Et iunctos Socios vidit ad arma reos:

Atq;

Atq; alte: quis tela mouet? Ciuilia tela?
In proprium eſt animus bella ciere Patrem?
Cui ſua forma nimis placet, inſanèq; minatur,
Virtutem dextræ ſenſerit ille meæ:
Surgite queis melior, Socij, ſententia menti,
Et mecum valida pila vibrate manu:
Turba nocens ruat in præceps, timor occupat
Cernite vt è manibus tela parata cadãt;(illã,
Vix hæc atq;Ducẽ minitantẽ & multa mouen-
Iactantemq; feras,voce tonante,faces:(tem,
Deſuper aggreditur ferratæ cuſpidis haſtã,
Adiuuat ardentem ſplendida turba Ducem:
Lucifer ecce tibi ferro vix ictus in Anguem
Vertitur horribilem, ſibilaq; ora rotat;
Spuma tumeſcentes circumfluit albida rictus,
Totaq; ſquamarum pulſibus æthra fremit;
Ora tument, dirumq; tonat, mugitibus aer
Innumeris reboat, multus ab angue timor:
Cũ Michael caput anguiuomũ criſtaſq;minan-
Indeuitato cuſpidis ære domat: (tes
Ictibus atq; ictus geminans cæditq; feritq;
Flammea certantis ſub pede colla premens:
Ille cadit, celeriq; fuga per inane cucurrit,
In Chaos æternum tartareoſq; lacus:
Necſnon Anguigeri proceres fœda agmina viſu
Illuc ſe dederunt præcipitante gradu:
Victor ouat Michael, & q̃dquid claudit Olym-
Eſt Michaelis honos,eſt Michaelis amor:(pus
Quin mandante Deo gelidas erexit ad Arctos
Ingentem molem conſpicuumq; Tholum:
Candida Diuarum NICE quà ponere ſedes
Optauit proprias auſus iniqua Draco:
Inſſit vbi non fluxuro Michaelis honori
Semper adeſſe lyras, ſemper adeſſe choros:

Sa'ue

Salue cæleſtis vindex fortiſſime Regni,
Eius & aſſertor qui regit aſtra manu:
Huc ades ò ſeu te memorē tenet Adria moles,
Seu te Garganus templaq; mille vocant.
Siue aras per centenas lacrymaſq; preceſq;
Suſcipis effuſas votaq; mille tibi:
Bella fuga Italiam rabidis quaſſura ruinis,
Mars fremit, & belli terror vbique tonat,
Quis furor? immanes in Turcas vertite tela,
Illic pro Chriſti fas obijſſe fide;
Tu formidandos animos ad fædera verte,
Fœdera mortali non ſoluenda die:
Fauſta mihi ſperare licet tanto Auſpice, triſtes
Finibus Italiæ ſint procul ergo metus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS

DE

ANGELO CVSTODE.

HActenus Aligerum dotes & munera, victos
Luciferiq; greges Luciferumque Ducem:
In Genus humanum deducto plurima verſu
Munia Cuſtodum nunc celebrare iuuet;
Vnicuiq; ſuus datus eſt per iura Tonantis
Mortali Cuſtos Argus vbiq; pius:
Filius excluſus materno ventre, beatis
Vlnis excipitur Diue adamande tuis:
Aluo creſcentem nam Matris protegit idem,
Vnius & ſeruat corpora cura duo:
Sedulus haud aliter curuatæ fructibus vni
Villicus inuigilat nocte dieq; pyro;
Stat pyrus incolumis ferro lædenda nec vllo,
Pomaq; ſtant furtim non rapienda manu:
Angelus an quæras homini ſit traditus omni
Nullo cui niteat lumine ſancta Fides:
Nec dubitare licet, Cuſtos non deſerit illos
Siue putes Thracas, Sauromataſue putes:

Tur-

Turgida ſiue colant Neſſiq; Hebriq; fluenta,
Siue tuas rupes Orbele celſe colant;
Adſunt Cuſtodes rigidis cultoribus Iſtri,
Seres habēt Superos, ſarmata, Colchus habet;
Protegitur Vigilis præſenti robore quiſquis,
Sit licet obſcænis moribus ille canis:
Turca pedem celerat? Socius comitatur euntem
Aliger, & lateri fidus vbiq; præeſt;
Plura quid enumerem? Chriſti cū venerit hoſtis,
Triſtis & horriferis Phœbus agetur equis,
Cum Duce crudeli Cuſtos quoq; venerit vnà
Manſurus, donec vixerit illa lues:
Ah' quātū nobis opus eſt Diuo auſpice, prōptus
Patria qui monſtret rurſus ad aſtra viam?
Lapſus vbi in vetitum Pater ille vxorius, omne
Traxit in exitium ſeq; ſuumq; genus,
Tum didicit multo tenues ſudore paraſſe
Victus, & Boreæ frigora ſæua pati; (bro
PRIMA parēs male cauta parēs decepta colu-
Quæ non damna Viris collacrymanda tulit?
En parit, at ſæuos partus perpeſſa dolores,
Atq; ſub arbitrio Coniugis ægra gemit:
Protinus irrupit ſoboles duriſſima terris,
Quam genitam rigidis cantibus eſſe putes;
Ex illo incubuere ſimul morbiq; neceſq;
Morſq; ſuos mouit præcipitata gradus;
Omne malum fluxit miſeris & peſtifer ortus;
Bellaq; cum rabidis cædibus ecce ruunt;
Exijt & nullo compreſſa Superbia fræno,
Exijt innumera fœta libido lue;
Sunt fractæ rationis opes, diuinaq; virtus,
Et ſcelerum iacuit mens tumulata malis:
Inualuere doli, ſitis inſurrexit habendi,
Vis tulit infandum fraudibus acta caput:

Mille viæ inſidijs, ambages mille repertæ,
Sæuit vbiq; dolor, regnat vbiq; furor;
Viuitur ex rapto, nulla eſt reuerentia fratrum,
Impius in patrem filius arma mouet;
Victa iacet Pietas, homini fas eſſe putatur
Quod placet, & Veneris fœda libido iubet:
Ergo præuiſis hominum tot cladibus ille
Splendida qui nutu concutit aſtra ſuo,
Naturamq; dolis pronam Paphiæque furori,
Et ſcelerum cæcas turbine mentis opes:
Æternos Natos natis mortalibus addit,
Auxiliumq; iubet præſidiumque ferant:
Sic ſtygiæ contundantur mala robora turbæ,
Matris Acidaliæ flammaque victa cadat;
Si vir habet ſæuos hoſtes: en Aliger illi
Hoſtes victurus fortis vbique fauet;
Orbis diuitiæ mortalia pectora torquent?
Implicitos laqueos ille cauere docet:
Roborat idē animos ventura ad bella minaſq;
Mollitiemque procul, deſidiemque fugat;
Ille ſuum quocunq; loco defendit Alumnum,
Feſtinumque mouet, quò mouet ille, pedem:
Oppida nobiſcum properat, nec rure relinquit,
Intrat nobiſcum, quà data porta, comes:
Et ſimul abſcedit cum diſcedente, quieſcit,
Si te detineat deſidioſa quies:
Inficis heu maculis animum, irritaſq; Tonantis
Sordibus in proprium fulmina torta caput?
Ile dolet, mentemq; timoribus vrget & angit
Lancinat & pectus nocte dieque tuum;
Non tamen ille reū linquit, prædamq; Barathri,
Ne cadat in ſtygios carnificina Duces:
Sed ſequitur longo te proximus interuallo,
Crebrius & ſtimulis te vocat vſque ſuis:

Sur-

ſurdus es? inſequitur, raperis prçcepſq; nocêſq;
Amouet è pedibus mille pericla Vigil:
O amor ò pietas ò veri pectus amantis,
Nobilis & linguis mille ſonanda fides:
Ætherei proceres animum tutantur Alumni,
Scandat vt æthæreos poſt ſua fata Choros:
Hûc tendunt ſtimuli, hûc omnis pia turba labo-
Nil putat hoc maius, nil prius eſſe putat: (rat,
Nec ceſſant quoq; corporibus ſolamina noſtris,
Optatamq; manu ferre potenter opem:
Hinc mihi creſcat opus facilis ſurgatq; Camęna,
Conanti pietas præmia larga ferat:
Nil moror hic vanos quos iactat Phœbus hono-
Nil caſura breui laurea ſerta moror: (res,
Ergo prius Superum cæleſtia munera tangam,
Spiritus adiutus queis ſuper aſtra volat:
Altera deinde mihi pretio pendenda minori
Concinet imparibus dedita muſa modis:
Area lata patet, campuſq; n[illegible]entibus herbis
Halat humus, pictas flore tegente vias:
Vos violæq; roſæq; legam pulchriq; amaranthi,
Myrrha meas fugies nec lacrymata manus:
Dulcia grata magis ſi miſcebuntur amaris,
Sæpe iuuat multo miſtus amore timor:
Sunt aliqui quos diuus amor ſup æthera raptat,
Pęnarum aſt alios ducit ad aſtra metus:
Vtraq; tuta via eſt, nos vtraq; ducit Olympo,
Sidereus tamen eſt pluris habendus amor:
Præſidis ætherei primû eſt lacrymaſq; preceſq;
Officium vt noſtras offerat ille Deo:
Offerat exiguo victu Ieiunia, ſorde
Et ſcelerum quidquid ſoluere corda poteſt.
Angelus hoc longo docuit ſermone Tobiam,
Deſine mirari, dogmata ſacra probant:
Vota

Vota ferunt cœlo, referunt data munera cœlo,
 Munera quæ poſſunt ſola beare viros:
Funde pios gemitus, crebrò ſuſpiria funde,
 En tuus Alipotens obtulit ante Deum:
Eſſe putes leue nec munus; mollire Tonantis
 Iram candidior quæ manus vlla queat?
Quæ picis eſt expers mortalis dextera? quæ non
 Criminis eſt aliqua ſorde notata manus?
Ergo etſi offerres magno quæcunq; Parenti
 Vota Deo, haud penitus candida vota forent:
NON ſecus impura vidi vileſcere lance
 Mellifluaſq; dapes nectareoſq; cibos:
Adde quod argentũ, Superis taugentibus, aurũ
 Lucet, & eſt adamas qui modò fulſit onix:
Spiritus ah, noſter qui ducit ſemina cœlo,
 Quiq; gemit Patriam nocte dieq; ſuam;
Corporis & clauſus tenebroſo carcere frangi
 Queis circumcluſus turpia vincla cupit:
Dũ nos ritè preces lacrymaſq; effundimus vnà
 Cernere ſi poſſet Præſidis ora ſui:
Ora ſacraſq; faces radiataq; gaudia vultus,
 Flamma foret totus, totus ab igne rogus:
En aſtat, gemitumq; petit cordiſq; fauillam,
 Quam manibus puris offerat ante Deum:
Lacrymulam petit ardenter, quã præferat auro
 Præferat & gemmis Indica Terra tuis:
Spe plenus maiora cupit Ieiunia lucis
 Vnius, & modico membra leuata cibo:
Geſtit in obtentis, nimioq; in amore liqueſcit
 Diues adit cœlum, ditior inde redit:
O niueas Superum mentes ò nata iuuare
 Pectora riphæa candidiora niue:
Iure manu ſacrum veſtra cupit ipſe Sacerdos
 Ante Deum ferri; dum tonat ore Deum:

gelus eſt nobis etiam velut ignea flamma,
Dius in æternum quam fouet intus amor:
rtinet ad lucem cæca clarare tenebras,
Horrenteſq; lares Cimmerioſque ſitus:
iger obſcuris ſuperos fert mentibus ignes,
Atq; voluntati ſubijcit inde faces:
entem agitat rerū per ſpectra citiſſima,flamē
Et vitale potens, quà placet, ipſe mouet:
aud aliter noſtras perturbant ſomnia mentes,
Fauſtaque lætitiam ſomnia ſæpe ferunt:
loſtra per Aligerum flammeſcit pigra volūtas,
Nec ſatis officijs pluribus vna via:
nſpirat modò ſollicitis impulſibus intus,
Et rapit obiectis quà data fræna ſuis,
pſos nunc aliò raptat pollenſque cienſq;
Humores vitæ & flamina dulcè mouet:
/nda libido tui ſenſus ad amabile fertur,
Lumina quodq; vident, appetit illa volans:
Angelus his animā crebrò ſtimuliſq; modiſq;
Clarat & ad Superos flammat vbiq; Choros:
Feruidus ah' quoties pulſos nos Ditis ad amnes
Viſos Idalia Tiſiphoneſq; face
Allicit exemplo Chriſti mærentis in horto,
Vel lacer ingentem dum ſubit ille Crucem.
Ante oculos ponit laniatum membra cylindro,
Ecce Homo vel clamans cum tibi Prętor ait:
Angelus ecce Deus tuus ò miſerabilis inquit,
Turpatumq; tuis ſordibus ecce Deum:
Sacra tuis noxis liueſcunt membra Tonantis,
Et pro te mortem diſcupit ille Crucis:
Crimina criminibus cur ſēper ſtultus aceruas?
Inq; tuum tentas tela vibrare Deum?
Allicit aſt tædis aliàs cæleſtis amoris,
Explicat ætheree dum bonitatis opes:

Corq; tuum motu pulſans blandoq; calentiq;
Ingerit hyblæis talia dicta modis:
Perdite peccaſti Iuuenis mea maxima cura,
Sit ſatis: & damni comprime fræna tui:
Fræna libidinibus laxaſti libera demens,
Et geris emeritum turpi ab amore latus?
Perq; meos monitus calcatos perq; timores,
Commotaſq; iras innumeroſq; metus:
Te fieri prædam iuuit graueolentis Auerni,
Turpiter & vinclis inſeruiſſe manus?
Duceris infelix quà te tuus hoſtis adurget,
Ad phlegetonthæos tempus in omne rogos:
QVOD præfers vernale decus vultuq; genilq;
Nil breuius, ſubitò dum loquor, ecce perit:
ÆTERNIS confide bonis, æterna perennant,
Cætera labuntur more fluentis aquæ:
Sit peccaſſe ſatis, finemq; impone furori,
Nam ſuis eſt ſcelerum ſe tumulaſſe luto;
Ad Patrem maleſane redi, tibi parcet amanter,
Ille tibi pandit brachia, nate redi:
Immenſa eſt bonitas qua ſuſcipit illa nocentes,
Vt viuas cœlo, mortuus ille tibi eſt:
EST lentus Deus ad pœnas, ad præmia velox,
Immemor & culpæ mox erit ille tuæ:
Cerne cruentati rorantia membra, ſalubris
Et ſordes ſuſi ſanguinis vnda lauet;
Cor Patri largire tuum, quid dulcius? vni
Eſt Deus atq; Pater mortuus ille tibi:
Ille luto te compoſuit, dum vita ſuperſtes,
Te cinerem vt poſſis vel nihil eſſe memor?
Puluis es, & ſcelerum telis iaculare Tonantem?
Natus & in Patrem conijcis arma tuum?
At mentem collata tibi niſi munera tangunt,
Et bona quæ longum dinumeraſſe foret:
In-

Intendit Præſes lumen quo mente fugantur
 Nubila, & affulget lux adamata tibi:
Hac timor incutitur membris noctesq; dieſq;
 Hæc animos torquet, nec datur vlla quies:
ATRA tibi ante oculos ponuntur ſpectra Barathri,
 Funeſtæq; domus ſulphureiq; lacus:
Cerne lares formidandos triſteſq; cauernas,
 Feruenteſq; pices Tartareoſq; rogos:
Omnia ſunt luctus, ſtridores omnia, fontes
 Nil lacrymaſſe iuuat, nil vlulaſſe valet;
Ad Diuos gemitus hic effunduntur inanes,
 Ad Mariam fletus torrida flamma vorat:
Lãguidus hàc Phlegetõ funeſto vortice feruet,
 Triſtior hàc terret Styx ſaturata reis:
Ignibus æternis fœdè commiſſa piantur,
 Membraq; perpetuis ſunt crucianda malis:
Quos iræ ad cædes rapiunt multumq; cruorem
 Aſpice truncatos noxia membra rota:
Fœdera queis furtim placuit temeraſſe maritâ
 Nunc acheronteis intumulantur aquis:
Mille gulæ tormenta, liquẽs ſunt fercula plũbũ,
 Sulphuris adentis, vina falerna globi.
Tiſiphone vocat ad pænas regeſq; duceſq;
 Creditur hìc Irus, qui modo Cræſus erat:
Nil iuuat hic gentes nutu frænaſſe ſuperbas,
 Nil formidanda parta trophæa manu:
Nonne foret vitam melius vixiſſe ſub antris?
 Corpus & vrgenti perdomuiſſe fame?
Qui monitus Diuum internos ſpreuere faceſq;
 In glacie pænas, ore tremente, luunt:
Quam vellent ſeruaſſe ſui Cuſtodis amorem?
 Iuſſaq; cæleſtis iurè colenda Patris?
Ah' quoties nigra ſcelerum caligine merſo,
 Dum tua membra toro vincta ſopore iacent;

Horrificis Barathri terrentur ſomnia monſtris,
Cor dolet, exudant pectora,mẽbra tremunt:
Excitus horrores tormentaque viſa dolendo
Mente tua voluis terq; quaterque vigil:
Hinc Pietas ſubit æthereo comitata timore
Excipit atque vlnis te Metanœa ſuis:
Eſt referenda tuo Cuſtodi gratia, Ditis
Qui monet à ſomno te reuocare gradum.
IVDICII quoties trepidis horroribus vrget,
Eius & aſpectu lancinat, atque beat:
Vocibus an'quoties internis intonat, atra
Dum ſenſus agitat ſæua libido face:
STVLTE quid indulges,Orco ſuadente,furori?
Mox poterit facti pænituiſſe tui:
Maioreſq; æſtus gliſcant ſine fine procaces,
ESSE queas luſus, non ſatur eſſe queas:
QVID ferat hora ſequẽs neſcis,& crimina acer
Crimina tartareis perſoluenda rogis? (uas,
Frangere iura nefas mortis, mors neſcia vinci,
Illa ruit ſtrepitum non faciente pede:
Importuna metit pueros, metit illa vigentes,
Annorum fidis robore? facta docent;
Nonne vides ferri ad tumulos florẽte Iuuenta?
Multi peccantes nonne obiere rei?
Vita fugit, Deus extremam tibi fulminat horã,
Æternas pænas quæ paritura tibi:
CARPERIS vt rapido ſtipulę carpũtur ab igne
Liqueris vt nato Sole pruina perit:
QVIN quoq; viuẽdo nihil es niſi ſõnus & vm-
Æternum placeat viuere? viue Deo: (bra,
Digna age cæleſti vita, ſic nulla nocebit
Intempeſtiuæ vis violenta necis:
Aliger hæc præter conatibus obſtat Auerni,
Ludit & implexos fortiter ille dolos:

Tur-

Turba minis nos deterret? vim ſuſcitat ille,
Tela nocent? clypeo protegit vſque ſuo:
Prò quoties ſubita Dæmon te morte necaſſet
Patrantem ſtygio vix abolenda lacu:
Ni Vigil audentis vinxiſſet dira catenis
Horribileſq; manus anguigeroſq; pedes:
Hoc probat Aligerum laudantis grata Tobiæ
Factorum chartis vox iterata ſacris:
Ille puer puer ille polo digniſſimus inquit,
Dum numerat Charites Angele Diue tuas:
Dæmona frænauit vexantem Coniugis artus,
Ille Erebum petijt, ſoſpes & illa fuit:
Dæmonas ergo tuus Præſes fugat? ergo tuetur
Defenſatq; alacris: quos regit arte ſuos:
Callidus excluſus quæ non diſpendia tentat?
Et fremit & frendit circumit atq; furit:
Hos aditus iamq; hos aditus veſtigat & vrget,
Nil intentatum, nil ſinit eſſe latens:
Angelus at contra vires cum nouerit hoſtis
Quà ſit opus Iuuenem protegit vſq; ſuum:
A fronte ſcutum opponit, poſt terga reſiſtit,
Et cuſtoditum firmat vtrumq; latus:
Auſint at propius ſi bella laceſſere ſæui
Dæmones, iniecta vel nocuiſſe manu:
Tum Præſes contra turbas feruentius inſtat,
Occupat audentes territat atq; fugat:
Nec ſatis: at varios poſt lapſus damnaq; mille
Poſt ſcelerum turpes facta dolenda notas:
Inuitat quoq; mellitis hortatibus, angit
Plenaq; Cælituum nectare dicta ſonant:
Dicta Dei veniam ſpondent exẽplaq; monſtrant
Petre tuos fletus, Magdala ſiue tuos:
Ad Chriſtum verbis latronis percutit aurem
Eſto mei, repetes dum tua regna, memor:

Et Chriſtus contrà: mecum ſuper aſtra volabis
Hac trepido quæ nunc languet ab axe die:
Angelꝰ his lacrymas monitis ſibi poſcit amātē,
Et iubet in ſolo ſpem poſuiſſe Deo;
At caput effrænis ſi iactes vndiq; & aures
Claudas, tartarei pronus ad antra ducis:
Illecebris finem ſtatuas nec turpibus vllum,
Atq; libidinibus fræna dediſſe iuuet:
Tum pius vt Cuſtos miſerū ne perdat Alumnū
Raptatum facibus ſæua Megæra tuis;
Arripit vtiliter dextra vibrante flagellum,
Pectus vt indomitum verbera torta doment;
Et febres morboſq; infert tuſſimq; luemq;,
Turpibus aut fractum verberat ille femur:
Læditur aut lapſu cruris pars ima, manuſue,
Exagitat tumidum vel pituita caput:
Seu rabida paupertatis ſorbere procella,
Seu te fortunæ noxia tela premunt;
Excipe ſidereos monitus Cuſtodis amantis,
Percutit, extemplò ſurgat vt inde ſalus;
Obrutus aduerſis niſi corda adamantina geſtes;
Et Stygis exuperes vel feritate reos:
Clamabis, mihi parce Deꝰ, me crimina plectūt,
Cimmerijs tenebris crimina tetra magis:
Heu Sobolis miſerere tuæ, Pater optime, fontis,
Agnoſco patriæ fulmina iacta manus;
Non Capanea mihi rabies, non horrida cautes
Sum tibi, pugnaci nec mihi corde ſilex;
Effrænes cecidere animi ſenſuſq; rebelles,
Non ſum qui fueram, ſum tua præda Deus;
Proſtratus iaceo, protendo brachia ſupplex,
Affer demerſo commiſeratus opem:
ET quamuis clypeum ſerò poſt vulnera ſumā,
Vnica mortiferis ſis medicina malis:

Non patris eſt lacrymas nocui contênere nati
Frangentiſq; humili mitia corda prece;
En dolor eſt maior, mea quò grauiora fuere
Crimina naricia ſordidiora pice:
Ora fatentis habes ſcelerũ numerumq; luemq;,
Dextram inhibe Pater ò, parce cado ſatis eſt:
Hoc vbi placaris gemitu precibuſq; Tonantem,
Dixeris & noxis illecebriſq; vale,
CVSTODEM quoq; flecte tuũ, nil dulcius illo,
Vix prece finita ſenſeris eſſe tuum;
Et pro verberibus grates age: ſedulus amplo
Plorantem excipiet conduderitq; ſinu:
Mitis & oſtendet quæ ſit diuina voluntas,
Sæpius eueniet nam dubitaſſe tibi:
Decipit ah prauum qũoties ſub imagine recti,
Quoq; bonum cenſes, dira venena vomit:
Obductis ſumus in tenebris, circumfluit error,
Et proprium in lapſus procubuiſſe Viri eſt:
Difficile eſt tibi noſſe tamẽ, Deus approbet an
Exigit ad finem quæ tua dextra ſuum: (non,
Hinc ardet Dauid quæ ſit diuina voluntas
Diſcere, & æthereum numen vbiq; petit:
Rite precare tuum Cuſtodem, & ſedulus inſta,
Promptus erit mentem te docuiſſe Dei;
Te doceã vt Daniel magno ſum lapſus Olympo
Volue ſacras chartas Aliger ille canit:
Præterea nos ſolatur nos roborat idem,
Incitat & laſſos ſidera ad alta pedes:
En tibi Tesbites (nihil eſt hoc clarius) ægros
Diſcupit extrema claudere luce dies,
Ah, vix i ſat ait Pater ò cæleſtis, inertem
Tolle animam tandem, quid remorare? meã,
Vndique circumſtant fugienti mille pericla,
Vita mihi mors eſt, mors mihi munus erit:

Si patres obiere mei, quid demoror vltra ?
Non illis fateor ſum pietate prior. :
His dictis ſe Iuniperi proſtrauit ad vmbram
Exoſus vitæ tædia longa ſuæ:
Captanti ſomnum cæleſtis Nuncius adſtat,
Et celer afflictum voce manuq; leuat ;
Nec ſatis optatæ Cereris ſolamine & vndæ
Imperat ad montis culmina ferre gradum:
Impiger ardentem Tesbitem roborat Ales,
Donec ad horriſoni ſe ferat ora Dei ;
EN BREVITER mōſtrata tibi quæ munera dixi
Præſidis auxilio præſtita ſæpe tui ;
Hæc velut in ſpeculo placeat vidiſſe ? iubente
Exutum vinclis Alite cerne Petrum:
Cuius ab ingenti Cuſtodis robore iactat
Defenſus vitæ conſuluiſſe ſuæ :
Imò manu eductum ſomno excitumq; , furētē
Deluſum Herodem fractaq; vincla pedum
I nunc Iſacidum gens perfida necte catenas
Illuuieq; ſitus obrue ſæua Petrum:
Hac ſuper æthereæ tangentes ſidera moles
Petra tollentur ſidereiq; tholi ;
Non fidus tamen hoc vallatur limite Cuſtos,
FERVIDA mens Diuûm neſcia vincla pati ;
Si cauet ille animis, quoq; corpora protegit idē;
Mille dolos arcet , mille pericla fugat;
Præſidis eſto ſacri primum inter cætera Munus;
Exciderint animo nec mea dicta tuo :
Liberat ille malis hominem , quæ protinus vnà
Non formidanti plurima damna ferant:
Dum loca ſenta ſitu dumiſq; horrenda peragrat
Iſacidum triſti turba proterua pede :
Fulgidus afflictæ præluxit nocte micantis
More facis, Titan Aliger ille fuit ;

Ali-

Aliger vmbra fuit ſolis morientibus æſtu,
O facies miſeros nata iuuare viros:
Aſſirij caput abſciſſum Iudæa virago
In tenebris victrix dum gerit alta Ducis:
Quid clamat niſi me fortiſſimus Angelus vſq;
Seruauit promptus robore, promptus ope:
Arcuit ille manus Procerũ immitẽq; Holopher-
Iura pudicitiæ texit & ille meæ; (nem,
Iunge aliud Munus ſacros nam ſiue puella
Seu Iuuenis cupiet conſociaſſe toros;
Sacrataſq; velint Hymenæi incendere tædas,
Angelus ætherea nectit vtrumq; face;
Abramus ſpe plenus ait moderator Olympi,
Auſpice quo fugi mille pericla necis:
Aligerum mittet, quo Curatore ſubibit
Pro voto Natus iura marita meus:
His addas ſubitò ſi ſint mala ſemina rixæ,
Atq; tori dominos triſtis Erynnis agat;
Concordes animos ſociat pacemq; reducit,
Verſantemq; dolos Dæmona ritè ligat:
Ille iubet procul illecebras, procul eſſe furores,
Et pietatis opes nocte dieq; coli:
At Sobolem torus optatam incolumẽq; bonãq;
Vt creet Aligero vota ferenda tuo;
Sanſonis ſterili matri nonne Angelus inquit,
Fide, vtero natum mox paritura geres;
Si teneat formidandi te carceris horror,
Vox humilis certam Præſidis oret opem:
Vincula martyrib⁹ quoties pius abſtulit? vltroq;
Æthereæ pauit languida membra dape?
Angulus, obſcurus, coluber, curuæq; cauernæ,
Et portentoſo ſqualida luſtra ſitu:
Florea vincebant veteris viridaria Peſti,
Quidquid & Eoo littore mittit Arabs,:

Angelus in tenebris lampas radiabat, & aurei
Totus erat cœli gloria, totus odor:
Ille leuamen erat, conſolatorq; comeſq; ,
In medijs flammis aura ſalubris erat:
Æternas oſtentabat palmaſq; roſaſq; ,
Sertaq; non vllo deperitura die:
Martyres hinc docti fundẽtes ſanguinis imbres,
Clamarunt, aperit ſanguis ad aſtra viam:
DANT animos plagæ, sũt hęc tormẽta triũph⁹,
Stringe Tyranne enſes, ſubde Tyranne faces:
Viuet in enſe Deus, Deus aucto viuet in igne,
Ardentes prunas efficit ille roſas.
Præterea ſi carpis iter, quà multa pericla
Tramite difficili ſunt ſubeunda tibi,
Aligero te trade tuo, ſed turpia lugens
Exue noxarum pondera tutè prius:
Dein ſceleris purus ſine ſpiculo inermis & en-
Et ſine bombarda carpe minore viam: (ſe,
Semper adeſt tutela tibi defenſor & Ales,
Non cecidiſſe potes, nec perijſſe potes;
Exemplis parco, Græcorum ſcripta loquuntur,
Scripta latina tibi teſtificantur idem;
Si procerum regumq; furor, maiorue poteſtas
Te premet, Aligerum iurè precare tuum;
Illius officium pro læſis ſnndere vota
Ante Deum, oppreſſos, & releuare manu:
Dum fugit irati Iacob ſera tela Tyranni,
Nulla quies miſero, nec micat vlla ſalus:
Caſtra Dei montis ſuper alta cacumina cernit,
Agmina caſtra Dei cælituumq; choros:
Vidit Eliſeus hæc eadem rutilantia ferro,
Dum metuit Regis tela inimica Syri:
Quærat opem obruitur quiſquis ciuilibus vndis
Expediet Cuſtos retia cæca tuus;

Di-

Diriget ille tibi mentem qua ſoluere nodos
Implicitos poſſis & ſine fine metus;
Paupertas te ſæua premit? vel turpis egeſtas?
Menſa deeſt? liuent ora peruſta ſiti?
Venerit oratus, trepidantes exue curas,
Et certam lætus ſubdet amanter opem:
Aligeri dextra Vates en fertur Abacuc
Mox ſatures Daniel tabida labra fame;
Ne metuas Agar mærenti perdita nato,
Sollicitante ſiti non moriturus erit:
Angelus en puteum monſtrat lucentibus vndis,
Auferet exanimi frigida lympha necem;
TEsbiti victum portat phæbeius ales,
Æthereos coruos prouidus Ales agit:
Iſacidum turbam pauit quo nectare cœlum?
Dum loca ſola vago circumit ægra pede?
Aſtra ſuper raptus Dauid canit eſſe ſupernam
Angelicam docto carmine nonne dapem?
Plura quid enumerē Cuſtodis munera & auſus?
Queis defendendos protegit vſq; ſuos?
Terra prius cum ſideribus fulgebit Olympus,
Maxima nec ſalſas Doris habebit aquas:
Oceanus prius Arctoos perfuderit ignes,
Pix & erit candens, nix erit atra prius;
Quā minimā rerū cōprehendā carmine partē,
Pro nobis peragit quas Vigil ante Deum;
Sācte Vigil, venerāde Vigil, quæ ferrea quamuis
Lingua queat laudes explicuiſſe tuas?
Prò quoties humana ſibi mens arrogat, vltrò
Affers quam nobis ipſe latenter opem?
Ingenio aſcribit proprio tua dona ſagaci,
Viribus & crebrò corporis illa ſui;
TEMPVS erit cum mors inſtet, vireſq; vigorq;
Feruentiſq; animi robora fracta cadant:

Tempus erit formæ cum flos nil iuuerit aureç,
Nil Cræſi gazas accumulaſſe tibi :
Tempus erit quãdo cũctis linquere propinquis,
Nudus & aggeſtis deſtituere bonis:
Tempus erit cũ mẽbra toto languentia volues,
Lumina nec lucem ſuſtinuiſſe queant :
Tum pateant Orci fauces, tum regna gementũ,
Sulphureiq; lacus, Eumenidumq; faces;
Ante oculos erret ſcelerũ ſeges impia mæſtos,
Sæpius & furijs exaturata Venus:
Et coaceruati per turpia fænora cenſus,
Atq; nepotinæ, fercula lauta, dapes:
Sordes non gemitu penſæ lacrymiſue piatæ,
Iuſſaq; ſub pedibus vilia facta Dei ;
IAM capitur vix lingua ſuo tumefacta palato,
Aures ingreditur vox pia nulla tuas:
En delaſſatos quatit æger anhelitus artus,
Tabida caligant lumina, labra rigent :
Actor adeſt Dæmon ſcelerum ſæuiſſimus vltor,
Mille gerens promptus retia, mille dolos;
Sume animos, tuus en præſens nitet Angelus,
Te defenſurus pectore pelle metus : (omnes.
Stare iubet, pugnare docet, dat robora feſſo,
Languida ſpeq; tibi cælite membra fouet:
Apponit duro languentem ſtipite Chriſtum,
Sanguinis & ſacri fuſa fluenta tibi:
Voceq; Diuiparam monet implorasse potentẽ,
Hoſtis & eludit ſpicula crebra ſui ;
Nec ceſſat donec palma potiatur, ouanſque
Dite triumphato te ſuper aſtra ferat:
Scribentiæ ſubitò ſtultis clamoribus Vrbis
Compita bacchantur? concita geſtit humus?
E ſpeculis fremitus ruit vndiq; & vndiq; clãgor,
Tinnulaque auditis plauſibus æra ſonant:
En

En piceus bombardarum replet æthera fumus,
Dumq; pluit, dius decidit imber aquæ:
Omnia teſtantur Barathri ceſſaſſe venena,
Ditis & horrores cerberemque luem:
Supplicibus Mariæ votis flexumq; Tonantem,
Peſtis auernalis depoſuiſſe flagrum:
Quam benè lætitiæ reſpondent tépora, Chriſti
Cras Natalis erit, cras Deus ortus erit;
Cras pluet è Superis cœli diuina Voluptas,
Dius & in Mundum gaudia fundet amor:
Ergo ſidereas melius teſtantia pompas,
Audiri vt poſſint cætera, Muſa ſile.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS

DE

ANGELO CVSTODE.

CAntibus auditis Superum cunabula circum,
Illius arbitrio qui rotat aſtra ſuo:
Ad captum mea Muſa redi, ſed numine vultus
Cantanti fauſto lætior antè faue:
Omnia tartareæ necis inſtrumenta vorauit
Mulciber, & denſis ignibus æthra ſonat:
Dona ferunt templis hilares vótiua puellæ,
Incolumiſq; gerit plurima dona puer:
Grates acturus Ciuis procumbit ad aras,
Et Matrona memor fertq; refertq; pedem:
Linquitur haud vllum multo ſine thure ſacellũ
Et curuos onerant pendula vota tholos:
Tu ſplendes tercentena face Diua Roſarum,
CARmeli facibus tu quoq; Diua micas.
Effigiem ſacri VVLTVS comitante SENATV
Præſul ALEXANDER conſpiciendus adit:
Muſica vox circum plateas & compita circum
Alternat dulces, voce fauente, Choros:

Nos

Hos inter plauſus & claras vndiq; pompas
Hùc ades ornatis noſtra Thalia comis:
Indue repoſitas ſtellato ſyrmate veſtes
Albaq; Erythræo ſidere colla micent:
Aurea fulgidulum conſtringat fibula pectus,
Zona gerat Charites, Cælicolumq; faces;
Quà graderis ſpires panchæas vndiq; gazas,
Gratus & Aſſirio ſudet odore liquor?
Auratam tibi ſume chelym, ſed pectine blando
Prompta moue liquido fila canora ſono:
PARS ſoluenda meo Cuſtodi Tertia reſtat,
Vt tibi ſuſceptum perficiatur opus:
Aliger hic idem linguis Vatumq; Patrumq;
Clara ſuis titulis nomina multa gerit:
Spiritus eſſe Dei fertur, nam ſpirat amanter,
Lenis: & inſpirat quæ peragenda viris;
Credis Ieſſeo Vati? quoq; dicitur Ignis
Vrens, nec factis nobile nomen abeſt:
Interno ſiquidem afflatu monitiſq; frequenter
Cælitus ignitas ſubdit amoris opes:
Angelus eſt ſacras doctus vibrare ſagittas,
Doctus & æthereis vrere corda rogis:
Præterea fert ille decus nomenq; Miniſtri,
Vſibus optatis namq; miniſter adeſt:
Sæpius ad patrias laſſi dum tendimus oras,
Exhibet auxilium, porrigit ille manum:
Militis egregio decoratur nomine, tetrum
In Ditem validis nam gerit arma toris:
Si ſit opus montes ſuperat duplicataq; nimbo
Fulmina, & alpinas atterit ille niues:
Perpetuum vigilat miles, ſpeculatur in hoſtes,
Vellit & emoto cardine ſæpe fores:
Inſertam hic clypeo fert læuam, fortis & haſtā
Horrendam Diti dextera ſemper habet.

Adde

Adde Oculus Chriſti diuino Vate canente
Fertur, quòd longè cuncta videnda videt:
Nil oculis obſtat cæleſtibus, omnia clarent,
In tenebris puto ſol velut axe micat;
Vel remorare domi, vel ruri degis, amanti
Seu Mariæ ſoluis vota, vel illa Deo;
Seu ludo reſes indulges, ſeu rebus iniquis,
Seu teris obſcænis tempora longa iocis:
Angelus eſt oculus contemplaturus vbique,
Quò fugis vt fruſtrà turpia facta tegas? (rer?
Nonne vides Comes vt lateri indefeſſus adhæ-
Effice ne ſcelerum mæreat ille malis;
Aliger eſſe Faber fertur, nec diffidet actis,
Nam fabricat noſtra tela gerenda manu:
Queis bene munitus Phariā ſuper aſpida poſſit
Quiſquis inoffenſos accelerare pedes:
Angelus Vnda ſuper concretam frigore terram
Dicitur, in promptu nec ſua cauſa deeſt:
Vel quia fulmineas extinguit Iudicis iras
Feruidus in ſcelerum dum furit ille reos;
Vel quia cæleſtes emittat deſuper imbres
Heribus vnde virūm Gratia dīta fauet:
Hic & amicitiæ puriſſima Norma relucet,
Norma per humanas non imitanda vias:
Namque oculos fert intentos quà proſit alūnis,
Vnquam nec rebus conſulit ille ſuis:
Palpantem cernas non quouis munere, laurum
Si ſit opus monſtrat, verbera ſi ſit opus;
Rebus in aduerſis aliò non concitat alas,
Fortiùs at miſeros, ſorte furente, iuuat:
Sed cū Perſephone ſummā necis indicat horā,
Omnia præſtantem non negat acer opem:
Cætera pacta cadūt, Pyladès tū linquit Oreſtē,
Conſeruant veterem fœdera nulla fidem:

Ipſe

Ipſe tamen Cuſtos victurus prælia perſtat,
Ludit & hoſtiles prouidus arte dolos:
Præterea Conſultor adeſt, Turorq; cadenti,
Et niſi Tutor erit, non tibi tutus eris:
Dicitur hinc cenſor caſtigatorq; minorum,
Nam vigil haud monitis parcit at vſq; docet.
Nec docuiſſe ſatis, ſcelerum ſed morte ſepultos
Spectris exterret, dum ſopor oſſa rigat:
Eumenidum laniare manu? laniare ceraſtis?
Et ſtygis infernæ merſus in amne natas?
Quæſtibus innumeris reboant laquearia circũ?
Lingua loqui vellet, nec potis illa loqui;
Somnia miſſa tuo ſunt hæc Cenſore, reſurge,
Sontem cæleſti corripiente manu:
Exue lethales noxas Erebique veternum,
Enecat inſanos nam ſopor ille reos:
Ergo tui Cuſtodis amor te puriter vrat,
Quære faces multo fomite, quære rogos:
Tot titulis debetur amor tuus omnis, vbiq;
Semper amat qui te, non redamare velis?
Diuus amor tantum flammis penſatur: & ambo
Mutuus ignis alat, mutua flamma cremet;
Scire cupis quos præcipuè tuus ardeat Ales?
Quosq; ſuos famulos deliciasq; vocet?
Mentẽ adhibe; didiciſſe iuuet, ferat vtile noſſe,
Quod facili pandat noſtra Thalia ſono:
VIRGINEOS animos & caſto pectore Amãtes
Ales amat, puro nectit amore faces;
Cæciliæ corpus nullo violatur ab hoſte,
Quærenti cauſam denotat illa tibi:
Formidãdus adeſt Cuſtos mihi corporis inquit,
Qui vigilat forti promptus vbiq; manu:
Cerne Thomã blandæ pellentẽ Thaidos ignes,
Flamma domat flammas, ignis ab igne perit:

Cur

Cur cingunt dormitãtis duo Numina lumbos?
Numina quæ poſſint preualuiſſe niui?
Sunt duo Cuſtodes, victoris primus, & alter
Victæ, quos facti flammat vtroſq; decus:
O Iuuenis Superũ columen, ne turpia poſt hac
Facta time, ſtringit Zona ſuperna femur;
Exemplis parco, veris quæ ſidera vincunt,
Oceani fluctus, ſicanioſq; thymos:
Ergò tui quicunq; legis, ſi pluris amores
Præſidis optandos ſuppetiaſq; facis,
Integer eſto animi, nec ſordibus imbue mentē,
Oreq; ſint longè turpia dicta tuo;
Caſta placent Superis, caſtiſſima pectora ſerua,
Peccandiq; anſas effuge, tutus eris:
Effuge fæmineos & amantes ſordida cætus,
ILLe cadit rarò qui cecidiſſe cauet;
Fuſius hoc alibi cecini, iuſſiq; frequenter,
Aſt iteraſſe mihi vix ſatis eſſe queat;
Poſt caſtos qui pauperibus non paupere dextra
Lætantur celerem ferre potenter opem;
Sunt iaculis digni, figat quos fortius Ales,
Vrat & egregius nobiliore face:
ABRAM dum placido peregrinos excipit ore,
Queiſq; poteſt feſſos ſubleuat ille cibis:
Fulgentes meruit Superorum cernere vultus,
Sidereaſq; manus aureoloſq; pedes:
Exiguo premeris cenſu? tibi curta ſupellex?
Pauca dato, atq; animo plura dediſſe velis:
Sedula triticeas meſſes SITA portat egenis,
Et violæ vernant quæ modo meſſis erant;
Nil eſt argenti quod dones? fauſta precare,
Proq; pio Mariæ paupere funde preces:
Arca flagellat opes? & auorũ fænora creſcunt?
Fert oleas Pallas diuitiaſq; Ceres?

Bac-

Bacchus ab apricis tibi collibus aggerat aurũ?
Lugeat abſq; tuo munere nullus inops;
Occultas inter noxas tacitoſq; reatus,
Quos in ſollicito pectore diues habet:
Haud leuis eſt, queſtus animo ſpreuiſſe ferino
Et lacrymas inopis perpetuaſq; preces;
Craſſe quid inſanis? tua non ſunt quæ bona ia-
Mobilis at ſolùm traditus vſus erat: (ctas,
Quæ donata iuuent donantem prodigus oſter,
A te Chriſtus habet, quidquid egenus habet:
Illos ſi teleues, rebus cognoueris eſſe
Promptius Aligeri robur vbiq; tui; (Ales,
Quos pia clauſtra tenent ſanctus quoq; diligit
Quoſq; arctat ſacrum Religionis onus:
Qui patrios liquere lares villaſq; domoſq;,
Orbis & illecebras atq; Hymenæe tuas:
Nonne frui Superum cæleſti nectare debent?
Sæpeq; Cuſtodum dulci ab amore mori?
Vix celeri IAcob liquit tua tecta furentis
Effugiens fratris perfida tela pede;
Cum ſomno captus cœlum ſpeculatur apertũ,
Cælicolumq; choros Cælicolumq; Deum;
Horribiles vitam ſiluas viuentibus inter,
Menſa quibus tellus, herbaq; ſicca torus:
Angelus ah' quoties Superum ſolamina mille,
Mille voluptates, gaudia mille tulit:
Multa laborantem GVThaclum ſubleuat, altè
Oreq; vaticino plura futura canit:
Ales Panutium ſacris hortatibus implet,
Dicta Virum firmant martyrioq; volat;
Ales ab inſolito Raimundi lumina ſomno
Soluit, vt ad ſolitas ſe ferat ille preces:
Molliter ah' cœli miles fortiſſime dormi,
Aliger excubitor nam tibi promptus erit:

Hic vbi feſſa leui, recrearis membra ſopore,
Imperet à ſtratis ſurgere ritè tuis:
O ſomnos fortunatos noctesq; canendas,
Spiritus è Superis queis vigilanter adeſt:
Sic ego ſic recubem, plumas & calco ſuperbas
Sardanapale tuas, Attale ſiue tuas:
Prætereà quos ferre iuuat pro Numine ſummò
Aerumnasq; graues multiplicesq; dolos:
Cælitis immenſum magno mercantur amorem,
Et Paradiſiaci gaudia vera ſoli;
Aſpice tres rapida lætos fornace puellos,
Queis inter flammas Aliger ipſe præeſt:
Flamma micat ſed non vrit quos protegit idẽ,
At ſontis turbæ deuorat illa reos;
Igne nec inſontum veſtes tanguntur, & ardor
Sola ligatorum vincula nexa cremat:
Reſpirant æſtus inter blandèq; loquuntur,
Et laudes iterant, vòce fauente, Deo:
Angelus aſt clara Iuuenis ſub imagine iunctim
Aſſidet, & forti robore ſubdit opem:
Plura velis? latè gelidas Vigil excitat auras,
Lenis & ardentes ſubleuat aura rogos:
Nil timet hinc Agathæ mens ſæui iuſſa Tyranni,
Quasq; feras iactat deſpicit illa neces;
Si flammis vras, inquit, mihi corpus, Olympi
Rore meus Cuſtos ſuppeditabit aquas:
Huc ventum: noſtræ vlterius nec tendere Muſę
Materia vires exuperante licet;
At ſi maiores tibi quærere Præſidis ignes,
Languenteſque velis ſollicitare faces;
In promptu tibi fomes adeſt, ſine fomite flãma
Nulla micare poteſt, viuere nulla poteſt;
Forma quidem Superum diuinis ebria tædis
Excitet illa animos, excitet illa rogos:

Vſque

Vſque adeò valet hęc prudēti vt pectore Moſes
 Ad populum nolit promere verba ſuum:
Si pandat, ſubitò gemmæ fornace liqueſcant,
 Et ſtatuas,aurum ſignaq; fingat ebur:
Genua cadant, Arabū liueſcat odoribus æther,
 Altaq; votiuas audiat ara preces;
Dic tecum, & proſint animo meditata ſagaci;
 Forma Virū in præceps quot muliebris agit?
Forma tuo dicto citius peritura, leuiq;
 Aura mobilior,mobiliorq; Notis;
Lubricus hic ſplendor mortales Ditis ad ignes
 Proijcit æternos ſulphureoſque lacus:
Perditus hoc arſit priſcus Stagiræus, eodem
 Perditus obſcæno languit igne Plato:
In furias egit doctum Salomona, Patremque
 Claraq; priſcorum lumina mille Virùm;
Forma magis quantò Superū diuina colēda eſt?
 Intuitu magni facta beata Dei?
Cui nulla eſt nocitura dies lōgiſſima quamuis,
 Vllis morborum nec peritura malis:
Additur & formæ Bonitas rariſſima,quando
 Orbis ab exortu ſemper amata Deo eſt;
Expers nam maculæ puriſſima fulſit vbiq;
 Digna polo cerni, numine digna coli:
Hæc eadem in Superos noſtrū caſtiget amorē,
 Si quanto abducto fomite, lentus erit;
Torpeſcis tamen, & glacie tua pectora frigent?
 Cauteq; rhiphæa durior eſſe velis?
Vtilitatis opes præbet quas Aliger vltrò
 Volue animo, & pectus flagret amore tuū:
Fortiter vtilitas pigro calcaria ſubdat,
 Illa ferat flammas,ventilet illa faces:
Si quidquid prodeſt,carū eſt,prudenter & ipſis
 Computat articulis Vtile quiſque ſuum;

Qui

Quis cordis Cuſtode magis flammantis amorē
Paſcat, & ardoris pignora certa tui?
Prò quoties vel nolenti & parcere neganti
Arcuit extemplò ſæua pericla tibi?
LOT patriam renuit caſuram linquere, tardum
Nec potis eſt vltrà limina ferre gradum:
Suauis amor patriæ greſſus remoratur euntis,
Mens volat, at retinent fortia vincla pedes;
Angelus abrumpens fatuos tardantis amores,
Captiuoſq; animos illecebraſq; leues;
Arripit iniecta Natas cum Coniuge dextra,
Teq; foras muris Lot violenter agit;
Nec pluit igniuomū vindex ſua ſulphura cęlū,
Incolumis donec Vir pius alta petat;
Hactenus ætherei Cuſtodis munera vatem
Imparibus iuuit concinuiſſe modis:
TERTIA pars operis reſtat, quo munere gratus,
Patrono fuerit Vir mulierq; ſuo:
Gratus erit totos cœlo qui vixerit annos,
Fugerit & quiſquis crimina, gratus erit:
Prima tibi ante oculos verſet Reuerētia, magnū
Præſidis aſpectum qua venerere tui:
Ille adſtat, tua facta notans geſtuſq; modoſq;,
Ille tuos oculos inſpicit, ille manus:
Ante ſidereo peragas præſente, quod ipſo
Coram mancipio non ageretur opus?
Regis ob intuitum frænabis lumina, raucus
Hærebit labris præq; timore ſonus?
Ætherei vultum Vigilis fœdabis & ora?
Ora Dei aſpectum quæ propiora vident?
Actum te furijs, ibis quocunq;, ſequetur?
Carpis iter longum, ſeu breue carpis iter?
Mancipio parcis, Ciui non parcis Olympi?
Quæ te marmaricæ progenuere feræ?

Pignora grata animi, caſtiq; vbi iura pudoris?
Cælite cum tanto queis reuerenter agas?
Prouidus ah' tandem ſtimulis ſupereris honeſti,
Nonne tui meritis æqua ferenda Ducis?
Perpetuo hærentem lateri videare videre,
Dignaq; cæleſti Præſide facta geres;
Luſtranti Onuphrio fuſcæ Mareotidos antra,
Quà patet exulibus vix habitandus ages;
Creber arenarum quà fluctus tollitur aſtris,
Vlla nec apparent obuia ſigna pedum:
Horribiles circum vallabant omnia nimbi,
Vndiq; caligo noctis & horror erat;
Aureus en Cuſtos radiatæ lampados inſtar
Anteit, & rutilas pandit vbiq; comas;
Lucem ſubſequitur præeuntem cultor Eremi,
Illa ſuper palmam ſiſtit amica facem:
Palma onerata ſuis curuatur fructibus, intus
Quàm propè cernenti nigra cauerna patet?
Deſuper inſonuit cœli validiſſime miles,
Hic vitæ ſeries eſt peragenda tuæ;
Fortiter hic Erebi tibi debellanda poteſtas,
Vincendæ Furiæ, Tartareiq; duces;
Pone metus, trepido cœleſtia robora ſubdam,
Mora tibi vinces prælia, pone metus.
Vſibus vſq; tuis non deerunt panis & vnda,
Subdentur noſtra panis & vnda manu:
Hærebo lateri Cuſtos tuus: inſpice Olympum,
Decertaturo militat ille tibi;
Viue Deo monituſq, meos pura imbibe mente,
Te meritum cœlo poſt tua fata feram:
Præſentes igitur vultus venerare, tuiq;
Ora verecundè Præſidis vſq; cole:
Rite coles, nudos cernens ſi pauperis artus
Membraq; Sythonio torrida facta gelu,

Veſte

Veſte ſuperiecta argenti vel munere paruum
Diue meum dices hoc tibi munus habe:
Spreueris illecebras quas iactat fœda Dione,
Vel ſcelerum cauſas quas habet orbis opes,
Dixeris Aligero læto cape munera vultu,
Pauca licet (Duce te) plura daturus ero:
Fercula lauta tibi ſaliari more parantur?
Vt ſatures, guſtu luxuriante,gulam?
Effrænes inhibe motus & comprime orexim,
Cuſtodique refer clara trophæa tuo;
Obuia ſæpe oculis veniet cirrata puella,
Vulgati vel quæ corporis æra merent;
Lumina verte aliò,& præſentē cerne Patronū,
Forma hæc æternum,labilis illa micat;
Perpetuam cur blāda necē ferat illa voluptas?
Dius hic & nulla ſplendet ab arte decor:
Semina qui è cœlo ducit,quid turpius atro
Quam formam Diti proſtituiſſe ſuam?
Da vitam cum laude bona ſine labe probroſa,
Ferre ſitim cupias ferre moleſta famis;
Peruigiles memor exhibeas noctesq;dieſq;
Inde nec inferna vi patiare trahi:
Lacrymulas fundis? cupienti puriter offer,
Si vexas, dona verbera, membra flagris:
More ſacro ſcelerū ſordes commiſſaq; purgas?
Cælicolumque iuuat te recreaſſe dape?
Concitus hoc proprij puro Cuſtodis amore,
Candentiq; feras munus vtrumq; manu:
Ille tibi maius reddet pro munere munus,
Cælitus ignitas, corde calente,faces:
Cæca licet tenebris habuit longæua vetuſtas,
Romulidum Genios,numina parua, ſuos:
Vnicuique bonum Genium fortemq; agilemq;
Auxiliante manu credidit eſſe ſuum.

Hic

Hic erat eximius forma præſtante Puellus
Vultu hilaris, totus gratia,totus honor:
Turgentes vuas læua, geſtauit ariſtas
Dextra, cingebant florea ſerta caput:
Omnibus huic omnes faciebant ſacra calendis,
Menſis nona dies huic quoq;ſacra tulit:
Spargitur ara mero, ſplendet violiſq; roſiſq;,
Feſtaq; odorato, flore ſuperbit humus;
Sollicitos procul eſſe metus curaſq; iubebant,
Præbentes caſtis tempora læta iocis:
Ritè precabantur Genium, vt viſurus adeſſet,
Quidquid honoris erat,quidquid amoris erat
Nardo ſtillabat paries, & ſerta nitebant,
Lætanteſq; piè liba merumq; dabant:
Mens illis & pura manus ſine crimine mentis,
Verbaq; montana candidiora niue;
Horrebant illa Veneris cane peius & angue
Luce iocos, turpem luxuriæq; luem;
Chriſtiadæ hinc diſcant pura qua mẽte Patronũ
Quaq; verecunda Virginitate colant;
Præcipuè tamen Octobris ſibi poſcit honores,
Quæ niteant primo candida ſacra die:
Fauſta dies peramanda dies effulſit Eoo,
Hæc eſt albenti iurè colenda nota;
Caſta placent tantũ;procul hinc geſtuſq;ſaleſq;
Hinc procul illecebræ quas Erycina mouet:
Pectus alat cœli columen ſincera voluptas,
Sint procul hinc lites, iurgia vana procul;
Pax niueas induta togas venerata Tonantem
Iungat cum niuea fœdera ſancta fide;
Nil lugubrè ſonet, cæleſtia gaudia dulces
Miſta pertentent voce fauente lyras:
Sidereus plectro medius ſpectabilis aureo
Plurima Cuſtodis munera cantet Amor;

M Quæ

Quæ præit hanc lucem tibi ſit ſolemnis, & vna
Voce tui Vigilis ſacra operatus opem:
Solue tuam noxis mentem, Ieiunia ſerua,
Nec pigeat tortis cædere terga, flagris:
Dein paradiſiacis epulis accumbe, ſub arcta
Cyclade nam dabitur menſa fruenda Deus:
Hinc tibi ponatur ſecreta in parte Sacellum,
Solus vbi poſſis perpetuare dies;
Fulgeat hic paries radiatus imagine Diui
Cuſtodis, Superas qui ferat ore faces:
Cui coma luxuriet per eburnea colla genaſq;
Et Paphiæ vincant rubra labella roſas;
Viuida ſidereas iaculentur lumina flammas,
Dius & in media fronte triumphet amor:
Tela gerat læua hoſtiles ſignantia pugnas,
Aureus at dextra fulgida ſerta gerat;
Nec tantum radient gemmis ſed floribus illa,
Omnigeno Superum flore renidet humus:
Cæleſtes rapiunt animos violæq; roſæq;,
Dantur & Aligerum lilia cana choris:
Angelus attrahitur florum viſurus honorem,
Geſtat & in niuea florea ſerta manu;
His ſcelerum puras mentes & caſta coronat
Pectora, res phæbi lumina clara mage eſt;
Hinc exẽpla patẽt, quot habet methymna race.
Gargara quot ſegetes, quot gerit hybla fa.
Vnũ pro cunctis liceat retuliſſe, supernis (uos.
Quod firmat faſtis indubitata fides:
Cæciliæ quem facta latent? iam candida Virgo
Grandis erat pacta Virginitate Deo;
Spondetur tamen, & connubia læta parantur,
Fomes adeſt feſtis ſpica ciliſſa focis;
Interiora domus reſonant, Hymenæon ad aſtra
Tollunt, & gazis picta ſuperbit humus:

Hic

Hic cyt haræ argutas pertẽtat pollice chordas,
Hic ſiſtra, ille chelym, ludit hic, ille ſalit;
Vt ventum in thalamũ, Virgo caſtiſſima clamat,
A me tolle procul Valleriane manus:
Valleriane caue, non eſt ſine vindice corpus,
Vni Virginitas eſt mea pacta Deo:
Cuius adeſt nutu mihi Cuſtos flammeus ore,
Et ferat intuitu, ſi volet ille, necem:
Hic mihi libati fuerit ſæuiſſimus vltor
Corporis, & ſubito fulmine funus eris:
Sũ tua, quod nõ inficior, meus es, cole Chriſtũ,
Videris Aligerum qui mihi ſemper adeſt:
Hoc ego caſta fruor, mea mẽs huic ſeruit, vbiq;
Seruat & illæſum corpus amantis amans:
His Sponſus motus dictis & cælitus aura,
Quæ potis hyrcanas edomuiſſe feras:
Fonte ſalutari luſtratus militis ore
Cæleſtis meruit colloquioq; frui:
Ales adeſt, at quæ ſponſo cæleſtia defert
Munera? fors gazas Herme ſuperbe tuas?
Talia dementant veſani pectora vulgi
Dona, vel incerto deperitura die:
Bina tulit, ſecum diuinæ lecta roſetis
Serta pudicitiæ munera danda ſacris:
Altera Cæciliæ meritos vinctura capillos,
Altera formoſos Valleriane tuos:
Angelus attonitõ fatur, cape frontis honorem,
Caſſide pro, cingant ſerta beata caput:
Caſtra ſubi, nouus es miles, felicia Chriſti,
Fortis & in Barathrum pectora caſta gere:
Innumeras ſcelerum ſordes tibi perluit vnda,
Vnda ſalutari quæ beat amne viros:
Purpurat & candet rutilanti flore corolla,
Quam citus ætherea iuſſus ab arce tuli;

Candidus es totus, riui mox ſanguinis vndent,
Sic referes tyrijs lilia miſta roſis:
Valleriane tuam præcedes ſanguine Nuptam,
Venerit illa animos ponè ſecuta tuos;
Effluxura die nullo te ſerta morantur,
Tantus honos florum ſanguine debet emi:
Sic ait: at Fratris flores quoq; pectus amicant,
Vt Paradiſiacas promptus anhelet opes:
En flores pariunt cœlo violaſq; roſaſq;,
Tinctaq; Martyrij murice ſerta nitent:
Funde roſas ergo Cuſtodi, funde amaranthos,
Expediantq; tuæ cana liguſtra manus;
Aſt quoniam propè finis adeſt, laſſæq; quadrigæ
Proſpiciunt metam proximiore rota:
Eſto memor lucem Aligerū ſibi poſcere Marti
Romulides feſtam quam voluere duces:
Hac operare ſacris, facilemq; amplectere Diuū,
Senſeris inſolita corda perire face;
Senſeris ardentes quos intus mouerit ignes,
Vt rogus excreſcat, tu ſuper adde rogos:
Præterea tibi nulla dies fulgebit Eoo,
Occidet & ſero veſpere nulla dies:
Qua ſolitus tu Dauidis cantuſq; preceſq;
Cuſtodi meritas concinuiſſe neges:
Quotidianus honor præſtetur ſupplice ritu,
Præſtetur Diuo quotidianus amor:
Præcipuè tamen in ſomnos dum ſoluere tentas
Artus, atq; inſtat noctis amica quies:
Ante humilem te Cuſtodi blandèq; pièq;
Seruandum toto pectore trade tuo:
Si potes exora, vt ſtygios procul arceat auſus,
Quidquid & horrendi triſtis Auernus habet:
DIC MEVS ignis ades; cœli prima ua voluptas,
Maxima ſpes animi deliciumq; mei:

Cur

Cur tuus aſpectus? cur lumina dia negantur?
Cur mihi ſidereo non datur ore frui?
Sum tuus, optatos tandem iam detege vultus,
Sum tuus, alloquium detege Diue tuum:
Quid precor, & noſtris quod nō fas vrgeo votis
Mouit ſpernendos lingua profana ſonos;
Paucis conceſſum, rapuit quos cælitus ardor,
Iuuit & æthereas perpetuare faces:
Ah' ſaltem dū ſtriguntur mea membra ſopore,
Hoſtiles fraudes eminus eſſe iube:
In miſerum ſtygius latè mouet arma ſatelles,
Et formidandis neſcit abeſſe dolis:
Ni reprimas ſubitò manibus ſuffocer aduncis,
Et miſera videas me perijſſe nece:
Ni reprimas, dormitantem me raptet in Orcū,
Orcum pallentem tartareoſq; lacus:
Membra quieſcentis molli defende ſopore,
Poſt ſomnū vt redeant ad tua ſacra manus:
Pelle procul ſęuos ſceleratæ Cypridis ignes,
Ne temerent mentem turpia facta meam;
In media quamuis caſtum decet eſſe quiete,
Excuſata licet diſplicet ipſa Venus:
Addictum Superis poſſunt inſomnia pectus
Lædere, & à ſomno ſollicitare diu:
Tu potius dum laſſatos ſopor illigat artus,
Si quà non noſter parte pigendus amor;
Ante oculos propone meos patriāq; domoſq;
Cæleſtes, diæ pignora certa manus:
Mille renidenti fulgentia templa pyropo,
Cumq; adamantæis atria celſa tholis;
Omnia teſtantur claro fulgore Tonantem,
Nil ſine ſole micat, nil ſine ſole beat.
Mens ibi perpetuis lætetur fauſta triumphis,
Geſtiat & Diuûm facta beata bonis:

Mella bibat vocum, vocum bibat ebria nectar,
Nec reprimat, quamuis digna tacere, preces:
At meritas ſociet laudes Mariæq; Deiq;
Effuſos humiles audit vterq; ſonos?
Blandule ſomne veni, placidiſq; allabere pēnis,
Si bona tot Superum ſomnè fruenda dabis:
At mea mens nimijs ſi cæca ſuperbiat actis,
Turgentem monſtris Tartara viſa premant:
Sæpius à ſcelerum maculis timor auocat Orci,
Et Veneris fraudes diſſipat ille timor:
Si videar vidiſſe Stygem, fletuſq; gementum,
Et phlegethonteos euolitare rogos,
Viſa coercebunt pronos ad turpia ſenſus,
Et feret incuſſus regna beata metus;
Inſonet horribilis, poſt panica monſtra, boatus
Iudicij, & videam me tremuiſſe tuba:
Triſtib' è tumulis putrefactā cadauera ſurgūt,
Quærunt compages oſſa animata ſuas;
Deficit in medio rutilæ dux lucis Olympo,
Luna rubet, liuent ſidera, cuncta labant:
Protinus ah' lacrymas fac nos effundere, ſiccos
Ad lacrymas oculos erudijſſe potes:
Tu potes ad fletus violentas ducere tigres,
Tu potes ad querulos ſaxa mouere ſonos:
Effuſo gemitu Rector placatur Olympi,
Amouet & manibus tela triſulca procul;
Effuſo gemitu triſtis dominatur Auerni
Abijcit è manibus tela triſulca ſuis;
Felices lacrymæ fortunatæq; fluentis
Æternum veſtris ora rigate mea:
Vnda dabit fontes Charitū, dabit vnda liquorē,
Quo nullum eſt maius fertiliuſue bonum:
Ite pij ex oculis rores ſine fine perennes,
Angele da fletus perpetuare meos;

Stra-

Strata natent vndis, flendi ſit ſola voluptas,
Somne procul fugias, dum mea facta gemo;
Turpia facta gemo, dolor æquet crimina, nō fas
PECCAVISSE diu, collacrymaſſe parum.

En opus exegi, ſileant mea plectra, laboremq;
Aliger excipiat qui mea cara ſalus:
Ille ſuis precibus, victo conamine Ditis,
Poſt obitum Cœlo det mihi poſſe frui.

FINIS.

Digitized by Google

EPISTOLÆ
SACRAE.



ILLVSTRISSIMIS Nobiliſſimæ Academiæ Ardentium PRÆSIDIBVS

Guido Vanninius. S.P.

EN ad munera Sacra, & noua: id meo erga vos obſequio, & Sanctiſſimis Chriſti Natalitijs poſtulãtibus: Strenæ nonne dantur vbique? & ſæpe fænerantur Vates, à Virgilio hæc norma in Cæſarem: De ioco ſatis. En Sanctorum Epiſtolæ in lucem prodeunt, & ſub veſtris Auſpicijs glorio-

ſæ. Maiora in otio, quod mihi facitis, meditor & compono: Deus mihi Senectutem proroget. Interea veſtris nutibus addictum Vatem redamate Amantem, ſic Vobis felicitatem perennem conſeruet Deus. Ex Academia veſtra calendis Decembris.



EPISTOLÆ SACRAE

Guidonis Vanninij I.C. & Equitis.

MAGDALENA Marthæ Sorori.

Argumentum.

Magdalena iam moritura è deſerto, vbi triginta annis immorata ad ſua ſcelera defleda Sorori nunciat, quid tunc in Eremo peregerit.

Epiſtola I.

SÆpius amiſſam quam tu, Soror optima, fleſti,
Illa tibi ſcribit, perlege, ſoſpes adhuc,
Ex quo te liqui iam Sol ſex luſtra peregit,
Vt flerem vitæ facta pudenda meæ,

Te ſoror, & fratrem, ne Chriſto deſerar vno,
Deſerui, ille meus frater, & ille ſoror;
AVDACEM facit ipſe Deus odit inertes,
AD res difficiles dum vocat ille præit,
QVISQVIS amat lentè nomē deponat Amātis
Segnitie tantus dedecoratur honor.
Maſſiliam effugi, nec non ſocia agmina turbæ,
Et deuitaui commoda mille domus,
TVTIOR eſt port', quā peruia marmora vētis,
Tutius hoſpitium ſic loca ſola ferunt.
Tecta nocent Vrbis, proſunt ſpelæa ferarum,
Reddidit hæc inter me mihi Chriſtus amās:
Expertę mihi crede, ſoror; per inhoſpita teſquā,
Ire via ad Cœlum liberiore datur,
Huc Diuinus Amor languentē vulnere Chriſti
Tranſtulit, & pauidos iuſſit abire metus:
Ille mihi, triginta, ait, hic expleueris annos,
Vt plores vitæ tempora priſca tuæ,
Hic tibi dulcis erit fletus, nam gaudia Cœlum
Miſcebit; vix hæc, cùm tulit inde pedem.
Tum me collegi, & volui, velut excita ſomnō,
Huc illuc oculos obſtupefacta meos,
Vndique montanas abrupto tramite rupes,
Et loca conſpicio vix adeunda feris,
Saxa rigent volucrum tenebroſa cubilia, quorū
Æmulus eſt Cœlo conſpiciendus apex
Cernitur hic tectum nullum, magalia nulla,
Et nuſquam humani ſigna relicta pedis,
Hic rari apparent frutices viridantibus herbis,
Raraque vulgari ceſpite terra viret;
Hirſuti vepres, & amantes ardua dumi,
Creber & in ſiluam ſe paliurus agit;
Lumina quærebant, quà ſedem ponere poſſem,
Luminibus patuit cæca cauerna meis:

Acta

Acta Deo, horriferos aditus animoſa ſubiui,
Et lapis, aſpicio, nil niſi nudus erat;
Dum verſo per vaſta oculos penetralia ſaxi,
Non fugit aſpectum frigida lympha meum:
Plura per abruptas (viſu mirabile) rupes
Deſilit & rauco murmurat vnda pede;
Humanum nō illud opus, ſic credere dignū eſt;
Sed Chriſti nutu, cuncta mouentis erat:
Illi igitur grates, & gratæ dulcia terræ
Oſcula, & in latebras talia dicta dedi,
Exoptata mihi ſalue domus hoſpita, ſalue
Plus oculis tellus ſemper amanda meis,
Ad te peccatrix venio, me ſuſcipe ſontem,
Sed quam peccati pænituiſſe poteſt;
Me tuus hic horror vocet ad ſuſpiria ſemper,
Sēper & ad lacrymas me tua lympha vocet:
Pectoris ipſa mei ſic ſordes eluet vnda,
Horroreſque dabunt lucida regni tui;
Sic mihi ter decies ſoror, hic effloruit ætas;
Terque mihi decies cana receſſit hyems;
Si quæris quibus in ſtudijs tranſegimus annos,
Dicere quod poſſim eſt, præter amaſſe, nihil,
Vita fuit mea perpetuò dulciſſimus ardor,
Atque ardor ſolus Chriſtus amantis Amans,
O geminæ cordis rutilantia lumina flammæ,
O facies oculis imperioſa meis,
Mille mihi vitæ ſi ſint, tibi mille dediſſem,
Nam quis pro Chriſto cuncta dediſſe neget?
Si mea ſit tellus, vaſtum mare, ſydera ſi ſint,
Ah tua ſint ſubitò, ſydera, terra, mare;
Quò me raptat amor? tibi ſeruit maximè rerū,
Quicquid habet tellus, quicquid Olymp⁹ habet;
Si placet vt longo abſumar patienter amore,
Fiet vt abſumar: te patienter amo,

LON-

LONGA dies eſt nulla, mihi quę reddat amātē,
Nunquam tarda dies, ſi modò læta venit;
Vror, at ardet ager flagranti meſſe per æſtum;
Liquor vt Ætnea nix reſoluta face;
Dum memini, ſoror alma, meæ primordia vitę,
Vita fuit miſeræ cùm mihi Chriſtus amans,
In lacrymas abeo exundantis fluminis inſtar,
Et mihi dulce queri eſt, & mihi dulce mori.
Tunc vidi, & vixi diuinis ignibus ardens,
Tunc cecidit flammis Magdala priſca nouis,
Ignis & obſcœnus diuino victus ab igne,
Deſeruit pectus tempus in omne meum,
Et quam perdiderat riſus, pretioſa redemit
Ante ſacros Domini lacryma ſula pedes:
Abluo dum lacrymis plantas, tergoq; capillis,
Tango arā, procul hinc fulmina verte, Pater,
Eſt clypeus tua progenies adamantinus ægrę,
Quo ſi defendat, fulmina vana cadent,
Haud aliter ſcopulū prudens cōplexa marinū,
Cauta minas ponti ſpernere concha ſolet.
Quid mea derides lacrymarum flumina Simō?
Cui lacrymor, lacrymas nectaris inſtar habet
Funde alijs veteri carcheſia plena Falerno,
Nil eſt quod lacrymis dulcius ille bibat;
Aſt cum Caluari occurrit triſtiſſima imago,
Membra rigent Getica frigidiora niue,
Tum Chriſti aſpicio moribūdos lumine vultus,
Tum ſine vel ſenſu, vel ſine mente feror,
Scinditur heu templi velum, ſcinduntur vbiq;
Marmora, Naturæ iura ſoluta cadunt.
Mergitur heu tenebris rutilo dux lucis ab axe,
Antiquumque timent impia ſecla Chaos;
Totus Amās vulnus cūm ſit, grauiora repoſcit,
Fortiter atque ferens plurima, plura ſitit:

Ma-

Matris & amplexor frigentia membra dolore,
Cumque cadēte cado,cumq; gemēte gemo,
Impia ſi pectus cuſpis transfigit Amantis,
Tranſadige, exclamo, cuſpis iniqua meum,
Quò Longine furis? ſceleratum cōprime ferrū,
Nullus in extincto corpore ſenſus ineſt:
Senſus abeſt,Chriſti at nūquā demortua virtus:
Lumen aues, facto ex vulnere lumen habes;
Currite mortales,veſtræ patet vnda ſaluti,
Accelerate citos,dum datur hora,pedes.(tis,
Nec procul hinc tumulū mœrēs cōplector Amā
Attamen in tumulo eſt,quo leuer ægra,nihil,
Forma iterum ludit ficta ſub imagine vultus,
Factus & eſt olitor, qui mihi Chriſtus adeſt,
Dic vbi, dic olitor, tandem ſit corpus Amātis,
Ardor inacceſſum nil ſinet eſſe meus,
FORTIS amor meus eſt,forti nil obſtat amori,
Illi dant flammæ, dant fera tela locum,
Per mare, per terras,violētaq; flumina,curram;
Det mare,dent fluuij,det mihi terra viam,
Nec furor hoſtilis greſſus tardabit amantis,
Quam compellit Amor,nil trepidanter agit;
Si qua tibi eſt pietas, ablatum redde, nec ægrā
Intempeſtiua lentiùs vre mora,
Vel me ne ſaltem cæles qua parte quieſcat,
Vt clamem,meus eſt,inijciamque manum:
Mox Deus ecce Deus conſolaturus amantem;
Sed mihi tangendos denegat ille pedes:
Cur me Chriſte rapis, mihi dū te ſubtrahis vl-
Et te prenſuram cur procul eſſe iubes? (trò?
Victor amat laurum,cognoſcit Nauita portum,
Tu mihi laurus, ades, tu mihi portus ades;
Ludis an illudis, quæ te ſuſpirat ademptum;
O facies ſuperis iurè fruenda choris;

Poſt mandata meos abiens deludit amores;
Tum clamo, ſine me, me ſine Chriſte fugis?
Sic ego dum recolo tranſactæ tempora vitæ,
Me mihi reſtituit Chriſtus, & ille rapit;
Fert tellus herbas, per rupem labitur vnda,
Herba mihi cibus eſt, potus & vnda mihi;
Seu ferueſcentes incendat Syrius agros,
Seu Pater Autumnus mitia poma ferat,
Seu nitidũ Ver pingat humũ fulgẽtibus herbis,
Non oculos ſpecies attrahit vlla meos:
Dũ teneat mea mẽs Chriſtũ, quẽ deperit vnũ,
Cætera vileſcunt qualiacunque mihi; (ſto,
Triſtis hyẽs mihi Ver placidũ nitet auſpice Chri
Auſpice nõ Chriſto eſt Ver mihi triſtis hyẽs,
Cui toto vt famuler fortiſſim a pectore, nullis
Eſt noſter curis impediendus amor;
Exiguam poſcunt ſi langui da mẽbra quietem,
Appoſitoque cadunt vix releuanda cibo,
Hic ego, cùm dixi, Cæleſtes itur ad arces,
Hæc ſibi poſcit Amans, fortiter illa valent:
Quid non Diuini vis feruida poſſit Amoris?
Qui creat arbitrio cuncta, regitque ſuo?
Cui ſemel addictum qui ſe ſubiecit amanter,
Ille ſui debet iuris habere nihil;
Hic finis, nam finis adeſt, Soror optima, vitæ:
Me ſuperum tandem Rector ad aſtra vocat,
Si celeras, viſes viuentem; tarda, ſepultam;
Tarda veni, vt paruo carmine ſaxa notes;
Peccatrix iacet hic Solymis celeberrima terris,
Quam ſua perdiderat culpa, beauit Amor.

CRI-

CRISPVS CÆSAR, LACTANTIO Firmiano ſuo Præceptori.

Argumentum.

Criſpus Cæſar Flauij Conſtantini Auguſti filius à Fauſta nouerca velut alter Hippolytus à Phædra Venereis illecebris ad ſtuprum laceſſitus: & quia id fruſtra tentatum, accuſatur, damnatur, ſuam pudicitiã hic palam teſtatur Præceptori ſuo.

Epiſtola II.

ILle triũphalis tenebroſo carcere Criſpus
Lactanti mitto, lumine curre notas;
Hoc dedit exiguũ tẽp' mihi lictor, in orbe
Nam ſunt hæc vitæ fata ſuprema meæ;
Inſons cum moriar, mortis tibi ſemina pando,
Ne turpis credas criminis eſſe reum;
Appello teſtem, quem non fas fallere, Chriſtum
Vera loquor, ſanctus dicta miniſtrat Amor;
At ſontẽ tenet eſſe Pater, tenet Aula nocẽtem,
Morteq; plectendum publica vota volunt;
O'mentẽ Patris obſcuram, rabiemq; Nouercæ,
Fauſta mihi infauſtũ nomen, & omen habes;
Hæc eadem (ne cæpta) præceptor amande,
Me, dum vetano flagrat amore, necat.

Sæpe quidem obſcænę potuiſſem ſemina flāmę
Noſcere, ſed rudis ad talia miles eram;
Auerſus ſed miles eram; tutamine Chriſti
Defenſus, caſto qui mihi ſolus amans;
Blanditias memini, & non oſcula danda parēte,
Verbaq; Mopſopio dulcia melle magis;
Perdite amat, vel Priuignū ſcelerata Nouerca,
Vel furijs odij præcipitata, necat;
Sępius Hippolytum depreſſum crimine Phędrę
Dum Senecam verſo, collacrymatus eram;
Me quātò melius fleſſem, genitor mihi Theſeus
Sū miſer Hippolytus, Phædra nouerca mea (eſt;
Nomina mutentur, certo ſtat fabula facto,
Te deplorandum Criſpe Theatra manent;
Formidandus adhuc Tragici latet exitus actus,
Detecto, lacrymas Martia Roma dabis;
Vrgeor ad factum, capitis quo crimine plector,
Quo fecit Pater, & curia tota reum;
Iam ſæuum Licinum dira feritate Tyrannum
Mactaram, Patris qui ferus hoſtis erat;
Arctoaſque niues glaciali frigore paſſus
Calcaram, faſtus perfide Rhene tuos:
Progenieſq; ferox, formidandæq; phalanges,
Iam dederant victas in mea vincla manus;
Laudarat Conſtantinus, laurumq; Senatus
Decrerat meritis digna trophæa meis.
Feſtinare iubet Romam Pater, impiger adſum,
Omnis me viſum fœmina, virq; ruit;
Mille mihi amplexus genitor, mille oſcula figit,
Mille itero amplexus, oſcula mille fero;
Plauſibus Aula tonat, celebrē parat ipſa triūphū
Roma meis ſtudijs, officioſa nimis.
Nobilis at laurus ſubitò mihi facta cupreſſus;
Vexit & extemplo mobilis hora necem;

Nil

Nil mortale diù, fallaci floret in orbe,
Humano quiſquis flagrat amore, perit.
Poſt alios mihi reſtabat viſenda Nouerca,
Quò me cunctantem iuſſa parentis agunt,
Mens horret, factumq; fugit, tamen ordiar, illa
In medio recubat murice fulta toro,
Ornet vt inſidias melius ſe fingit, & ægram,
Illa fuit mentis pernicioſa lues;
Surgit in amplexus, & in oſcula mille, refundit
Vndique per vultus dira venena meos;
Oſcula dat manibus; fidos eiecerat omnes,
Clauſerat internos fida miniſtra lares.
Gratatur reducem, collumq; tenaciter vrgens
Imo ſuſpirat pectore multa querens,
Conqueritur me perpeſſum terraq; mariq;
Fortiter inſidias, multipliceſq; dolos;
His addit mæſto vigilatas pectore curas,
Et faſtiditas nocte, dieque dapes;
Non ſe ſe parili redamari fœdere amoris,
Manſuramq; dolet non reperire fidem.
Dulcè meam dein'permulcès dextrâq;,caputq;
Quid numeros (inquit) perdis inique tuos?
Criſpe tuos annos,floreſcentemq; iuuentam
Quid miſerè torques? quid iuuenile decus?
Forma bonũ fragile eſt, celeri pede labitur illa,
Vtere & in præceps, quod volat, ergo rape;
Deſcripſit Deus ætatum bene munia, triſtis
Sit ſenior, Iuuenis, quod iubet ardor,agat;
Vernantes tranſire dies ſine munere noli:
Qui ſapit ante diem,deſipit ante diem;
Tunc ego prorupi,ſibi quid tua verba requirũt?
Arma placēt,Venerē ſperno,trophæa placēt,
Fauſta iterat,tuus iſte rigor non congruit annis;
Aetas te rigidum non ſinit eſſe tua;

De-

Deterior ſi forma foret, peterere modeſtè,
Audaces vultu cogimur eſſe tuo;
Hoc facit aureolus per eburnea colla capillus,
Hoc oculi, flammæ maxima cauſa meæ:
Poſtulat hoc facies ad noſtra incendia nata;
Poſcit & id, niueo quod rubet ore decor;
Certa fui longùm non me ſubmittere culpæ,
Vicit & inuictam me violentus Amor;
Imperat ille viris, & nobis imperat idem,
Ergo quid deceat fœmina nulla videt,
Vnica Criſpe mihi requies, mea ſola voluptas,
O'deſiderijs potius, & aura meis;
Tu ſeruare potes, tu perdere ſolus amantem,
Non ſum duricie digna perire tua:
His dictis lacrymans iniecit brachia collo,
Altè proclamo, quid violenta tenes?
Mõſtrũ ingẽs, noua Phędra mihi, veſana Nouerca
Peſtis auernalis fœda venena vomens,
Me famulum tutare tuum ſanctiſſime Ieſu,
Vnica Chriſte ſalus, præſidiumq; meum:
Dũ loquor hęc fugio; clamydẽ rapit illa, tenetq;
Apprenſam chlamydẽ, deſero, pando fores;
Aduolat Eunuchus ſubitò, regeritq; nefandum
Crimen in inſontem, pignora certa tenens.
Pignora certa putat, chlamydẽ, vaſta atria clamãt
Quo fugitiuus abit? corripe, cæde, tene:
Inſons arripior, tentatam ſæua Nouerca
Se mihi teſtatur, regia tota fremit:
Peierat Eunuchus, clamydemq; oſtentat vbiq;
Flet Pater, & dignum me putat eſſe necis;
Ipſe minor Conſtantinus meus vnicus hoſtis,
Altè clamores tollit ad aſtra ſuos:
Inſtat plectendum ſubitò, ſuadetq; Parentem,
Inceſto nullam nectat vt ipſe moram;

Sed

Sed patrē vt ſpoliet, rerūq; relinquat habenas,
Conſul adeſt, cauſam Conſulis eſſe meam;
Omnes circumſtant tacitum,cogūtq;dolentē,
Vt per lictorem more nocentis agar;
Non Auiæ mihi præſidium, nullum ve Sororis,
In ſacris vdum Tybur vtramque tenet;
Iudicium fieri ſeptum Græcoſtaſis intra
Decretum eſt,ducor patris ad ora mei;
Conſul adeſt certus ſubitæ me tradere morti,
Et Pater exutus Patris Amore ſedet:
Quid facerē?in me iuratū fremit omne tribunal
Pauca precor Patrem, denegat ille mihi:
Hic pater, ò dixi,non poſsū efferre,quod intus,
Mens habet, in tacito fas aperire lare,
Natus ibi cum Patre loquar, ſeruuſq;potentem
Ad Regem miſero,nomen vtrumq; placet,
Reſpuit ille preces,obteſtantemq; relinquit,
Et patitur cauſam Conſulis eſſe meam:
O Patria, ò Cœlum, Iudex ſæuiſſimus vrget,
Quiſſubitæ profert me necis eſſe reum:
Bina meæ datur hora neci,quis barbarus vnquā
Inter Sauromatas talia iura dedit?
Talia iura dediſſe iuuat: nunc feruida virtus
Cedat: quid dubitas ſtrenue Criſpe mori?
Obſequeris Patri, Chriſtoq; authore tacebis
Cauſam,ſic mortem laudet vterq; tuam.
Inſonti mihi Chriſte faue, me ſuſcipe Chriſte,
Ignibus vre tuis pectora,frange gelu.
Candoris Cuſtos noſtrum tutare pudorem,
Ille ſit illæſus,vernat ab enſe pudor.
Culpa grauat lethū,moritū qui criminis expers,
Eſt fælix,dubitas ſtrenue Criſpe mori?
Roma vale capitis crebro diſcrimine noſtri
Non defenſa ſemel, Martia Roma vale:

Salue Auia,& valeas ſoror optima: cur mihi ve-
Non datur alloquium?nõ datur ore frui?(ſtrũ
Miſcerem lacrymas lacrymis, ſed flere recuſant
Tempora: quid dubitas ſtrenue Criſpe mori?
Virgo faue,Regina poli, penetralia mentis
Integra tu cernis templa dicata tibi:
Virgo Virginei noſtri miſerere pudoris,
Et vocat incæſtum Roma, Paterq; vocat:
Mens tibi aperta mea eſt,fortè me redde,foueq;
Præda fui ſemper,caſtra ſecuta tua:
Sed iam tempus adeſt moriendi, vota ſuprema
Obſecro, & obteſtor, perfice Chriſte mihi;
Verte Patris mentem in melius,tibi ſeruiat vni,
Et noſcat natum non nocuiſſe ſibi:
Ieſu parce precor ſuauiſſime,parce Nouercæ,
Tolle luem ſcelerum, nubila mente fuga,
Redde bonã, commiſſa fleat, prædã eripe Diti,
Gloria peccantem vincere maior erit:
Votorum hic finis, venientem ſuſcipe ſeruum
Ieſu te quæro, ſpes mea, vita, ſalus:
Voce voco,te corde voco,dulciſſime Chriſte,
Iam gladium lictor ſtringit, ad aſtra vocor.

PE-

MONICA MATER AVGVST.

ſuo Romam profecto.

Argumentum.

Monica mater Diui Auguſtini, quòd non admiſſa vnà in nauim à filio Romam petente, eidem indignata ſcribit, vt ad bonā redeat frugem.

Epiſtola III.

SIccine Nate tuam potuiſti linquere Matrem,
Nate nimis Matri credite, care nimis?
Ah cedunt feritate tibi Tigreſque, Leæque,
Et Maſſilæi turpia monſtra ſoli,
Corq;adamanteo vinctū eſt tibi perfide nexu,
Quodque nefas maius,pectus inane fide;
Me iurata rudem tua perfida lingua fefellit:
Mens tibi vafra fuit, lingua doloſa fuit;
Deccpiſſe tuam falſo ſermone Parentem,
Scilicet eſt Superis æquiparandus honor?
Hæc ſunt perpetuis præconia digna Triūphis?
Hæc manet ingenium meſſis opima tuum?
Credula mendaci decepta eſt pignore mater;
Nam facile eſt Matrem credulitate capi;

Quàm benè cognoui patriæ tua tædia noſtra,
Ex quo Roma tibi plurima in ore fuit.
Sydera lucebant, Phœbus fulgebat ab axe,
Illa tamen ſteterat pectore cura tuo;
Audiui quoties per ſomnia vera fatentem,
Roma mihi requies, Roma fruendus amor?
Quando erit vt te cõplectar, mea ſola voluptas,
Roma ſalus, animi Roma medela mei?
Hæc iactata tibi noſtris contraria votis,
Torquebant quanto pectora mœſta metu!
Quas ingrate preces non moui ſedula, multis
Et precibus quæ non oſcula iuncta dedi?
Hæſerunt, meminiſſe potes, mea brachia collo,
Interdumque tuos circumiere pedes.
Te pudeat, ni iampridem pudor ora reliquit,
Me genibus Matrem procubuiſſe tuis:
Improbe vidiſti tumidos deflentis ocellos,
Et terram ſalſis immaduiſſe vadis;
Omnia tentaui, ſed tu fallacior ipſis
Syrtibus, in blando melle venena dabas;
Sum donec decepta tuo ſermone, datamq;
Fregiſti tecta proditione fidem; (ctus:
Quã bene adhuc memini, retinet lædentia pe-
Heu lacrymas, Mater, ſiſte parumper, ais.
Si quis amor, vel cura mei te tangit, & angit,
Ah ſine me Romam tuta carina vehat:
Nulla mihi hic requies, odi lectumq; cibique,
Membra torus vexat, non iuuat ora cibus;
Aſt vbi contigero Romani littoris oras,
Ora cibos quærant, & iuuet oſſa torus:
Mens immota, Parens, illuc ſum certus eundi,
Et ſi diſtulero tempora, funus habes;
Quin potius ſi pignus amas, cũ pignore Romã
Læta veni, haud poterit pœnituiſſe viæ:

Nobiſcum Deo datus erit, virtutibus auctum
Olim quem faciet regia Roma virum,
Aſpicies Vrbem frænantem legibus Orbem,
Et dices, Orbis totus in Vrbe nitet;
Hic varijs cernes fulgentia templa lapillis,
Atque tuæ immenſas Relligionis opes,
Si Carthago placet, magnæ Carthaginis illa
Vincit opes, Terris imperioſa nimis;
Læta veni, nã Roma mihi iã ſpondet honores,
Et parat eloquio præmia digno meo;
Roma meis, Genitrix, factis patet area; ſorti
Quid iam fælici ſubtrahis ægra ſinum?
Has, ſimileſque dabas mentito pectore voces,
His addens humiles fortia tela preces.
Sic comprenſa dolis, promiſi credula vaſtum
Cærulea tecum ſcindere puppe fretum,
Quos tum fingebas mecũ maleſanę triũphos?
Et non narranda callidus artę iocos?
Iuncta dabas miſeræ mellitis oſcula verbis,
Certius vt gemino vincerer hoſte Parans;
Victa fui, ſic apta viæ mihi multa parantur;
Cymba procellofis apta paratur aquis,
Venimus ad portum (pelagus, vẽtiq; fauebant)
Proximus eſt templo qui Cypriane tuo:
Hũc ego ſeceſſi, auxilium oratura ſupernum,
Dum vaga nautarum turba moratur iter;
Deſeris orantem pro te, ventique per vndas
Heu coniurati, vela, fidemq; ferunt,
Quod ſcelus vt noſtras infandũ perculit aures,
Ad portum celero præcipitata pedem,
Sed tua iam longè puppis vada falſa ſecabat,
O amor, ò pietas, ò temerata fides;
Perfide proclamo, reſonat mihi, perfide, littus,
Littus habet ſenſum, nec tibi ſenſus ineſt,

Huc periure redi, ne te tua crimina damnent,
Quò fugis? In medijs pœna luetur aquis,
Fœderis eſt vindex violati pontus, & ipſa
Non habet heu numeros panda carina ſuos:
Si puppi .a prohibes, quo pacto ætate tuliſſes
Effœtam collo me violente tuo?
Hęc promiſſa fides? hęc eſt data dextera dextrę?
Hæc impreſſa meis oſcula crebra genis?
Non mea canities potuit læuiſſime rerum,
Frangere munitum cor adamante tuum?
Gratum te ſimulas, & Matrem decipis hoſtis:
Fallis & occulta psoditione fidem?
Illa tibi Mater, famulæ quam deſeris inſtar?
Illa Parens, quæ ſit ſola relicta ſolo?
Eheu quid merui, vel quo me crimine damnas?
Quæ mea pertæſus facta repentè fugis?
Quò periture fugis? Deus eſt iuſtiſſimus vltor,
Cui ſæuum famulas exhibet æquor aquas;
Quem tu non nosti, nouerunt ventus & vnda;
Siſte, tibi mortem ventus, & vnda, parant:
Scylla vorax, caniburq; latus vallata Charybdis;
In te iam rabidas exacuere manus.
Quid tibi mentis erit ſpectanti monſtra? citiſq;
Fracto turbinibus quid tibi mentis erit?
Protinus ante oculos ſtabit mæſtiſſima Mater,
Eheu deſerto ſola relicta loco.
Impie frangeris, tandemq; fatebere victum,
Sæpius & dices, quæ fero, iurè fero:
Tū Matris tibi nomē erit prædulce, quod horres
Nomen in extrema voce Parentis erit:
Hos inter gemitus, & ſingultantia verba;
Heu cecidi glacie frigida facta magis,
Donec me ſenſi fera ſub nocte relatam
Baſilicæ manibus, Perpetuæq; domum,

Officium fecere pium, tamen impius heu tu
Me nolente ſecas æquora vaſta rate;
Dic vbi peruenias, quò fert veſana voluptas,
Nullaq; perfidiæ perfide damna feras,
Ecquid erit pretij? vanos tibi fingis honores,
Fallere, nam res eſt credula blandus amor.
Ambitionis amor nimis, ah, te raptat amantem,
Decipit & pectus ſpes male certa tuum.
Facta putant iuuenes, quæ ſunt facienda, feroq;
Prouida conſilij ſub pede colla premunt;
Quas ſibi non fingunt ardenti mēte Chimæras?
Iſte ager heu nimia fertilitate nocet;
Scilicet inſigni excipiet te Roma Triumpho,
Ibis & auratis conſpicieudus equis;
Sublimem plaudet te circum turba, peteſque
Dein Capitolini culmina celſa Iugi,
Per te captiuam ſic viderit Africa Romam,
Africa quæ toties colla ſubacta dedit;
Gratulor, aſt cupidæ ſunt mendaciſſima mētis
Gaudia, quæ temerè ſpes animoſa fouet:
Pergis, vt eloquium meſſem tibi diuitis auri
Congerat? heu poſthac vnde querare, cupis,
Sæpius eſt iuueni ſcelerum ſeges aurea nutrix,
Fulciturq; opibus luxurioſus amor,
Nominis es cupidus? quęras tibi nomē ab aſtris,
Immortale dabit terra beata decus:
Si ſapies, pulſis tenebris, Cæleſtia verè,
Crede mihi, dices, Eſt Deus omne bonum;
Quicquid habet tū Roma, tibi ſordebit, honoris,
Orbis vileſcet quicquid amoris habet;
Plura, velim, ſed plura dolor vetat addere, qui ſi
Permittet miſeram me ſupereſſe parum,
Te ſequar audacter per mille pericula rerum,
Nil erit optatum quod remoretur iter;

Hærebo lateri cuſtos rigidiſſima, donec
Conſtituas manibus noſtra ſepulcra tuis;
Hos oculos condes, cineriq; precabere fauſta,
Et ſaxo lacrymis oſcula miſta dabis;
Hæc rata promiſit mihi ſpes certiſſima Chriſt*,
Hæc perſtant nullo diſſoluenda die;
Quæ iam dum meditor, ſolito claudatur (in ira
Quod modò nolebam) littera noſtra. Vale.

AVGVSTINVS, AMBROSIO, Epiſcopo Mediolanenſi.

Argumentum.

Auguſtinus è matris funere Roma per mare Tyrrhenum in montem Piſanum ad Lucenſes fines ſe contulit, vnde hanc mittit, obiter laudes patriæ poeta inſpergit.

Epiſtola IV.

HIc mihi magne Pater iam tertia voluitur æſtas,
Ex quo nulla tibi reddita noſtra ſalus:
Id mea præteritæ fecerunt crimina vitæ,
Si modò ſub Stygio eſt vita vocanda Duce,
Quæ fluit ex oculis, dum culpas eluit, vnda,
Immemorem fecit nominis eſſe tui;

Sic

Sic quidquid vixi, mihi vixi, vt viueret in me
Aſſiduus Chriſti; vita perennis, Amor.
Additur his ſeries variorum longa laborum,
Dum vagor Italiæ per loca ſacra pedes.
Quos Appenninus brumali ſydere diros
Non mouit nimbos, horriferaſque niues?
O rigidas rupes, & inhoſpita culmina montes,
Bel la vbi perpetuò ventus, & vnda tonant:
Me mala iactarunt longis erroribus ægrum,
At grauius ſenior pertulit illa Parens, (est
Cara Parens, cuius lacrymis mihi reddita vera
Vita animi, dederat corporis illa priùs;
Hæc mihi ſemper erat duplicati cauſa laboris,
Ingens nocte dolor, maxima cura die:
Quot dabat afflicto ſuſpiria pectore, Nato
Cor tot figebant ſpicula ſæua mihi,
Defeſſos donec nos tandem Roma recepit,
Grata fatigatis Roma futura quies;
Hic placuit nobis denos conſumere menſes,
Luſtramus cupido dum loca ſacra pede:
Supplicibꝰ iuuat huc genibus perrepere, & illuc
Iuncta pijs lacrymis oſcula ferre iuuat;
Nunc & in Exquilijs modò cōdita viſere tēpla,
Æſtiuæ dudum quò cecidere niues.
Cur Petri te prætereo mons auree, te q;
Fons Pauli, vnde facrū, lac, aqua, sāguis, abit?
Singula quid narrē? nil nō lacrymabile vbiq; eſt,
Nil quod non ſpiret relligionis opus.
Interea rabidis vallata Canicula flammis
Ardet, & arentes Phœbus hiulcat agros:
Phœbus agit febrem, febris depaſcitur artus
Sæua meos, multū hinc lāguet amica Parēs,
Angitùr, atque dolet, ſimulat ſed gaudia vultu,
Damna mihi mœrens ne grauiora ferat:

Clam me conqueritur ſingultibus interruptis,
Atq; gemens longùm flumina fundit humi,
Acrius inque dies vis morbi ſæuit, & ægrè
Confidit Phyſicus poſſe leuare malum: (cit;
Pharmaca multa parat, ſed febris pharmaca vin
Quo magis hic præſtat, perfurit illa magis:
Et iam ſuccumbunt deuicto corpore vires,
Morte natant oculi, liuida lingua tumet:
Ipſa Machaonios Genitrix iam cedere ſuccos
Sentit, &, ò clamat, quò mihi Nate fugis?
Heu me deſtitues externis ſiccine in oris?
Atque oculos claudam facta ſuperſtes anus?
Quid faciat? ſuperos votis, Cœlumq; fatigat,
Fundit & aſſiduas nocte, dieque preces,
Et precibus lacrymas, lacrymis ſuſpiria miſcet,
Vt ſi non poſſint ſingula, multa iuuent.
Quid nō cogit amor maternus? reddita, certa eſt
Vita mihi, & Matri reddita vita meæ;
Conualui, grateſque Deo perſoluimus vnà,
Et compos voti, plurima vota Parens;
Venit at interea Autumni clementia, moxq;
Aſpera ſucceſſit, moxque receſſit hyems;
Ver redit, ac teneris iuueneſcit frondibus arbos,
Optatoſq; refert Taurus ab axe dies,
Ingenti Genitrix Patriæ flagrabat amore,
Traxerat & mentem ſub ſua iura meam,
Egredimur magna felici ſidere Roma,
Tranquilloq; vehit Tybris vtrumque ſinu,
Oſtia nos recipit, quā prudens condidit Ancus,
Hàc Romam vt dites inueherentur opes:
Mens erat hinc nobis blādis dare carbaſa vētis,
Vt patrias tandem cymba ſubiret aquas;
Deſeris hic feſſum Mater dulciſſima Natum,
Et miſeri victrix orbis, ad Aſtra volas;

Quas

Quas ego non fudi lacrymas? ò ſemper honore
Digna dies, Gnato ſemper acerba dies;
Inferijs deflens tumulo de more ſolutis,
Hinc ſoluo oblitus Punica terra tui,
Tyrrhenumq; ſecás dextra iam mœnia linquo
Pyrgorum, celeri poſt mea terga rate,
Antiquumque Inui Caſtrum, ſed ſole cadente
Ad Centum cellas palmula flexit iter.
Hìc homines vidi Chriſti ſacra ſigna ſecutos,
Quos ſibi viuentes horrida teſqua iuuant.
Fœlices animæ quibus optatiſſima magnas
Paupertas ſtabili fœnore aceruat opes;
Aura fauet, pelagoq; volans natat vncta carina,
Cernitur Argenti nomine dictus apex;
En maris ad læuam iam ſe Capraria tollit,
Nec procul hinc Gorgō tu quoq; fortis ades;
Clara Triturritæ vento, pelagoq; fauente
Ex templo puppis littora noſtra tenet,
Hinc recto Alphæas contendo tramite Piſas,
Quas circumuallant Arnus, & Æſar aquis;
Mons erat ad læuam, Piſanus nomine, Cœlo
Dilectus, Monachis portus, & alma quies:
Huc ego ſeceſſi, cupidus mihi viuere, vitam
Nam dignam Cœlo, qui ſibi viuit, agit;
Hic fruor optatis, Pater ò ſanctiſſime, vocis,
Et deſiderijs mens vacat alta ſuis;
Hic mihi ſoliuagæ ſunt magna palatia rupes,
Hic & inacceſſæ mollia prata viæ;
Sollicitos alius Sarrano quærat in oſtro
Somnos; nam requies eſt mihi ſola ſolum:
AVREA pacatam turbant laquearia mentem,
Et vigiles noctes purpura multa trahit.
Longa fames corpus laſſat? ſitis ora fatigat?
Herba famem ſedat, pellit & vnda ſitim:

N 5 Hinc

Hinc ego proſpicio veſanas æquoris vndas,
Et tacitus mecum, ſic mea vita fuit;
Mors mihi vita fuit, furijs agitata Iuuentæ,
Perpetuò eſt lacrymis culpa luenda meis.
Nõne Deus, clamo, flenti mihi crimina, parcet?
Parcet, reſpondant concaua ſaxa, Deus,
Hic inter rupes quæ ſit mihi cauſa morandi?
Orandi, ſubitò vaſta cauerna ſonat.
Nec procul hinc diſtant dilectę mænia LVCÆ,
Mænia finitimis imperioſa locis,
Vrbs eſt grata mihi, cœlo gratiſſima, namque
Cæleſtis lucis nomen, & omen habet;
Illa ſuis factis olim ſi claruit orbi,
Nunc magis in vera Relligione nitet; (tet
Huc me ſæpe fero, vt Mariæ noua tẽpla frequẽ-
Inuiſam, & Trino templa dicata Deo;
Et quo iã ſteterant Triuiæ ſimulacra, nefandoq;
Amphitryoniadę ſtructa ſacella loco,
Signa Crucis gemmis, auroq; intexta coluntur,
Pendet & auratis picta Tabella tholis;
Quæque Theatrales conſpexit machina põpas,
Chriſtiadum pompas excipit illa ſacras:
Hìc vbi circus erat Romanis æmulus, inter
Nunc tercentenas emicat ara faces;
Ex populus pietate ſimul ſimul inclytus armis,
Inter & Hetruſcos fortia bella gerit:
Huc debellatas acies Sempronius olim
Duxit relliquias agmina victa, ſuas;
Hìc quoque Romanos faſces exhorruit Orbis,
Et iuncto ternos fœdere ritè Duces:
Longinquis hùc ſi tendat peregrinus ab oris,
Semper habet, quærit quàm miſerandus opẽ:
Gens habitat fidei, atque obſeruantiſſima recti,
Largiter, inque omnes officioſa pios,

Ille

Ille Deus, qui ſunt curæ pia facta, ſecundus
Forſan Luceſes ad meliora ferat,
Illuſtres miretur Auos, ſanctumq; Senatum,
Et Libertatis pace fruatur amans;
Luca placet, tamen alme Pater, ſi vera fateri
Ipſe velim, mentem ſola cauerna beat;
Hic ploro, hic lacrymor, culpas nocturn' in an-
Et matutinus turpia facta gemo: (tro,
Si niuibus rigeo, flammas, & ſulphura Ditis
Ante oculos, mea mẽs, quę meditetur, habet.
Syrius vrit agros? meditantis, membra rigeſcũt,
Æternos æſtus, Styx pice ſepta, tuos,
Quoq; Deum magis offendi, tanto magis intus
Dilacerat pectus plurima culpa meum:
Aſt alias Chriſti effigiem tua munera longùm
Amplector, toto pectore fuſus humi:
Seu dextram dextræ admoueo, ſiue oribus ora,
Vera mihi os loquitur, ſanat & illa manus:
Eſt affixa Cruci, iacere vt dediſcat amicè
Deſes in innumeros, tela triſulca, reos;
Heu quis nõ Domino lacrymarũ flumina fũdat
Sanguinis in Domino dum videt illa ſuo?
Vnda vndam ſociet certatim, ſanguine, & vnda
Molleſcat vinctum cor adamante meum.
Totus amãs eſt vulnus; ego quoq; vulnera totus
Sanus ero, mea ſi vulnera vulnus ament.
Languet amãs, vt languẽdo me flectat amantẽ,
Et moritur vita, vt vita ſit ille mea.
Tu quoque qui miſero Pater optime vita fuiſti,
Affer opem; precibus, dum potes, affer opẽ,
Vt per inacceſſas rupes, & inhoſpita teſqua
Ad ſuperos ducat me METANÆA. Vale.

HIERONYMVS, AVGVSTINO.

Argumentum.

Hieronymus Auguſtino Hieroſolimitanam deſcribit peregrinationem.

Epiſtola V.

Q Vam legis, ò Patriæ columen, ſi litera languet,
Deſine mirari, languida membra iacent:
Ægra manus,mens ægra,ſuos pertæſa labores,
Scribere conanti munera ſueta negant.
Nec te quo tenear,rerum doctiſſime,morbo,
Præterit, eſt morbus cana ſenecta meus;
Hieronymi quicquid ſupereſt,vocalis imago eſt,
Vmbra eſt Hieronymi quicquid amice ſonat;
Iam bis luſtra nouē greſſu titubāte propinquāt,
Ex quo Natalis lux celebrata mei;
Eſt macies corpus, vix oſſibus oſſa cohærent,
Turbida præſenti lumina morte natant,
Mortē aueo,vt Chriſto tādē coniungar Amāti:
Grata tamen veniet, cùm volet ille,quies;
Dūmodo ad aſtra vocet,ſerus traducar ad aſtra,
Præmia plura dabit, quo magè ſera dabit;
Me quantum velit extenuet vitioſa ſenectus,
Tardet & inſtabiles deſidioſa pedes;

Et

Et quatiat laſſos mihi creber anhelitus artus,
Deſes ab officijs non tamen ipſe vacem,
Vita hæc perpetuus labor eſt, ego miles Ieſu;
Ah grauer in Solymis multa dolenda pati?
Hìc tellus, hìc ſaxa ſuis minitantia ſaxis,
Suadent militiæ ſigna cruenta ſequi:
Nam rigidas Chriſti precioſo ſanguine cautes
Hìc latè madidas lumina noſtra vident.
Dux vitam effudit, ſudores miles vbique
Abneget? ingrato terra dehiſce prius;
Segniter ardet amans? nomen deponat amantis:
Res eſt ingenij ſemper agentis amor;
Diuus amor pauidas inflammat robore mētes;
Languida confirmat pectora Diuus Amor,
Hic rapit intrepidas per Martia tela puellas,
Hic rapit & pueros, & rapit ille ſenes;
Hic facit, vt gelidæ ſint alta palatia rupes,
Hoc æſtas friget vindice, feruet hyems,
Huius ego ſubdo mea colla ſenilia vinclis,
Meque catenarum, quà cupit ille, trahit;
Quis demens, terriſque grauis, Cœloq; rebellis
Talibus in caſtris æra merere neget?
Fortiùs vre meum victor fortiſſime pectus,
Adde faces facibus, vincula vincla grauent.
Nam ſeruire tibi, regnum; victoria, vinci eſt,
Dum te victorem nouerit eſſe ſuum;
Diuitijs me iuſſit Amor poſuiſſe paternis
Hìc templum, templo finitimoſq; lare,
Longinquis quo ſe referens peregrinus ab oris
Conferat, & dapibus corpora feſſa leuet;
Hìc tuus exceptus permanſit Horotius hoſpes,
Hìc & Apodemius Sulpitiuſque tui;
Fælices animæ, quæ te quocunque ſequuntur,
Æthereumque tuo nectar ab ore bibunt;

Eſt

Eſt anguſta dom⁹,tñ eſt domus hoſpita multis,
Quos hùc aſſiduos hæc loca ſacra trahunt;
In paruo tria parua nitent altaria templo:
Quæ pinxit minium docta animare manus.
Prima tabella refert Infantem viuida Chriſtum,
Cui Puero Reges munera trina ferunt;
Altera ſanguineo pendentem ſtipite monſtrat:
Quis ferus heu lacrymas Xpo obeũte neget?
Hic adſtat gemebunda Cruci caſtiſſima Mater,
Per coaceruatos ſaxea facta metus:
Tertia terribilem ſublimi in nube ſedentem
Oſtentat toruum lumine,mente ferum:
Agmina déſãtur populorũ,hinc inde frequẽtes,
Quos ad iudicium buccina dira vocat;
Surgite mortales, clamat ſonus illa, ſepulta
Surgite, & in veſtros oſſa redite toros:
Alme Pater, nutu, teſtor, qui tẽperat Orbem,
Aures aſſiduè ſauciat illa meas.
Obſtrepit illa,vagos dũ cogit Phoſphoros ignes
Obſtrepit,& ſua dum ſidera Veſper agit,
Si releuo mea membra cibo,ſonat illa repentè;
Surgere,ſi recubo,me iubet illa, toro,
Deniq; quicquid ago, ſemper circũſonat auras:
Nunc quoq; ſcribentem me ferit ille ſonus:
Quid iuuat aſſiduo multum didiciſſe labore,
Si ſuprema tamen fecerit hora reum?
Ah quoties vano turgeſcunt pectora faſtu,
Ille ſapit, ſolus cui Deus ipſe ſapit;
In Solymis ſi fortè petis quæ gaudia terris
Percipiam,longum ſit retuliſſe mihi,
Haud,humana, loqui potis eſt cœleſtia,lingua,
Queis ſecum ipſa tacens mens ſolet vna frui;
Alta ſuperbifico valeant Capitolia luxu,
Sit procul hinc Circus,ſæua Theatra procul;

Ar-

Arua Palæſtinæ fuluis potiora metallis,
  Hæc loca ſunt votis vberiora meis;
Hic præſepe colo teneri natalia Regis:
  Vagijt hic, dico, lacrymulaſq; dedit;
In lacrymas vos ite pias mea lumina; terræ
  Sacratæ vt lacrymis oſcula miſta feram:
Oſcula miſta feram, quot voluit Nilus arenas;
  Oſcula Mopſopio melle cuſpita magis;
Quid memorē mea cū baculus veſtigia firmat?
  Caluarique peto culmina ſacra iugi?
Quot ſaxa aſpicio, proclamo perditus eheu,
  Vos Domini lauit, vos quoque ſaxa cruor?
Fortis Amans tulit hæc pondus ferale nocente
  Pro me, dum totus nil niſi plaga fuit?
Stat læua anguſtū paruo de marmore tēplum,
  Quod Mariæ σπάσμον turba Pelaſga vocat.
Hic lacerum vix agnouit mœſtiſſima Natnm,
  Tantus vbique cruor, tantus vbique dolor.
Parua meos trahit hæc oculos dom⁹ hoſpitis, vl-
  Quæ dedit exangui candida lina Deo. (trò
Parua dedit, maiora tulit, quid cætera narrem?
  Quæ loca diuini monſtrat Amantis Amor?
Hic furor hoſtilis laniauit corpus, & illic
  Sæua cruentarunt ſpinea ſerta caput,
Fœmineæ hic lacrymis perfuſæ lumina Turbæ,
  Non me flete, inquit, vos manet iſte dolor,
Dixit, & adiutus collem Simeone petiuit,
  Chriſtus vbi victa morte trophæa tulit;
Hūc dum perueni diuino percitus œſtro,
  Liquor vt aduerſis concita tæda Notis,
Me vernis fulcite roſis, ſtipate liguſtris,
  Cor, heu, cor nimio languet amore meum:
Hoc dilecta loco Patri fuit hoſtia Chriſtus,
  Carnificiſq; fero eſt munere functus Amor,
Hæc-

Hæccine virginea ſpumarunt ſanguine ſaxa?
Hæne ſacro rupes immaduere mari?
Hacne meas lauit noxas ſacer Agnus in ara,
Humani Generis factus amore nocens?
Dũ mea lingua ſilet, vos lumina fundite flumẽ,
Fundite, nã lacrymæ pondera vocis habent,
Veſtra ſalus fletur, nimio vos perditẽ fletu;
Hic perijt ſæua lux quoque veſtra nece;
Plurima ſed lacrymas ſocialiter oſcula iungant,
Namq; dolor lacrymas, oſcula fundit Amor.
Quàm iuuat hic geminas oculorũ amittere luces,
Ac triuiſſe ſacro labra ſuperba ſolo;
Quiſquis ab hoc tumulo viuũ diuellet Amãtẽ,
Hoſtis, erit, dulce hic viuere, dulce mori eſt.
Hæc ſunt Auguſtine meæ gratiſſima mentis
Gaudia, queis fœlix nocte, dieq; fruor;
Tempus erat mihi cùm vires dabat acrior ætas,
Diuerſas petij fortis vbique vias:
Tum celer inuiſi terras Samaritidos oræ,
Atque tuas Hermon, Nazaret atque tuas,
Tum quaſcunq; ſuis ſacrata volumina faſtis
Illuſtrant, celeri iuuit adire pede;
Nunc eſt vna mihi Bethlẽ labor vltimus ægro,
Bethlem delicijs cognita terra meis,
Me tenet archaicus languẽtẽ lectulus, atq; hinc
Poſſe datur cunas cernere Chriſte tuas;
Auguror extremũ vitæ propè tempus adeſſe,
Pendulus huc illuc corpora funis agit;
Quæ dictem crebra ve iterem dulciſſima voce,
Cycnæo Syrius corpore factus odor,
Qui feret hanc, tibi Sulpitius narrauerit, ille
Pectoris eſt noſtri conſcius, ille tui,
Dulcis Amice Vale, donec dilectus vtrunque
Perpetuo iungat fœdere Chriſtus Amor.

PAV-

PAVLINVS, AVSONIO.

Argumentum.

Paulinus Epiſcopus Nolanus, vt captiuum redimeret, ſe fecit captiuũ, & in Africa hortis præfectus in catena hanc mittit Auſonio poetæ.

Epiſtola VI.

EXcipe Paulini, Iuli doctiſſime, carmen,
Mittitur optanti quo tibi multa ſalus;
Auſonis Auſonium vatẽ tenet ora beatũ
Et me fœlicem barbara terra tenet;
Quodq; magis mirũ, ſeruit dũ dextera, gaudet
Seruitio, Regum ſceptra ſuperba procul;
Sponte mea hanc vitam elegi, nõ iure coactus,
Sponte mea iuſſi vincla ſubire manus.
Chriſtus Amor meus eſt, hoc me iuuat igne perire,
Non Chriſti nubis inficiandus Amor:
Militat omnis amans, vita eſt mortalis in Orbe
Militia, en Chriſti fortia caſtra ſequor;
Militis officium eſt montes ſuperare, viaſq;
Me veſtris terris diſſitus Orbis habet;
Nulla pericla timet miles, non ipſe refugi
Mille pericla maris, mille pericla viæ;
Excubat ille vigil, vigiles ego tranſeo noctes,
Illi vita labos, eſt mihi vita labor;
Ille gerit gladium, geſtat mea dextra ligonem,
Fert vallum è ſyluis, quernea ligna fero;

Res

Res tibi nota ſatis; dederim cur corpus herili
Imperio, & mihi, cur ſerua bibatur aqua;
Nobilis vrgebat Mater, Natumq; volebat
Argento redimi collacrymata ſuum;
Pauper opum, dixi, ſoluam pro corpore corpus,
Non mihi diuitiæ; libera vita mihi eſt,
Seruus ero, vincla vt Natus tuus exuat, illi
Pacta placent, prolem liberat inde ſuam;
Sic ego mancipium factus, ſic villicus horti,
Altas tangentis proximitate domus;
Barbarus hic Dominus fului eſt ditiſſimus auri,
Vndique gemma micat, plurima gaza nitet;
Splendida ſeruorum nō deſunt agmina menſis,
Exornatque ſeges luxurioſa dapes;
In gemma bibit, & Sarrano dormit in oſtro,
Huic venter Deus eſt, tetra libido Deus;
Idem habet extructā valido cū remige claſſem,
Non modo vicinos quà populetur agros,
At dites rapiat puppes maria alta ſecantes,
Chriſtiadumq; vehat corpora capta domum,
Quicquid ego dextra ſolers non diſplicet illi,
Omnia donantis ſuſcipit ille libens,
Vinea parua mihi curæ eſt, mihi fertilis hortus,
Vinea fert vuas, fertilis hortus olus,
Nec tantū fert hortus olus, ſed quidquid vbiq;
Naſcitur, hic tellus ingenioſa refert;
Fortunat mea vota Deus, fauet ille colenti,
Mira paris tellus, hortule mira paris, (tus,
Quod bene fertur onus, bene fit, mihi viuo bea-
Non mala conditio, mens bona præſtat opes;
Eſt liber, quem captiuum non crimina ducunt:
Qui ſceleri ſeruit, perditus ille ſibi eſt;
Dum corpus ſeruile meum, mens libera regnat,
Quam ſolus iunctam fœdere Chriſtus habet,

O'mi-

O' mihi paupertas omni preciosior auro,
Quæ ſuperas aperis imperioſa fores;
Sponte mea liqui patrias gazaſque, ſolumque;
Immo habet ingenti fænore pauper opes,
Seruiat his hominũ miſerè mens libera vincl is,
Numinis æterni libera facta manu?
Vim patitur cœlum], multo ſudore parandum,
Dat Cererem ſudor, dat mihi ſudor aquam;
Lympha ſitim leuat ardẽtẽ,nec limpida lympha
Sedant hortorum fercula grata famem.
Hic etenim videas fundentes brachia betas,
Et rumices mæſtum tollere ad aſtra caput;
Hic maluæq;inulæq;virent, hic plurima cepæ,
Oſtentatq; ſuas grande papauer opes; (latè
Quin Timbræ,Hyblæũq;Thyma,& bene olẽti
Serpilla,& crebris Intyba amiea vadis;
Non deſunt Rutæ,medicoq; Abſinthia ſucco,
Hic lactuca viret, quam meus optat herus.
Non Mẽthę,aut tenui Coriandra tremẽtia filo,
Non Caſiæ hinc diſtant, florida Mirtus ol t:
Quid flores memorẽ?viridi quid ceſpite plãtas?
Hic Narciſſus adeſt, non Amaranthus abeſt;
Abſterſura nigros pandit ſe ſaluia dentes,
Ritè ſuas iactat roſque marinus opes;
Hæc ornant Domini conuiuia regia menſas
Laudantis noſtras ſedulitate manus;
Plantas dum figo, terræ dum ſemina mando
Et fæcundantem iacto per arua fimum;
Summiſſo repeto Dauidica carmina cantu,
Et MARIÆ ſanctum nomen ad aſtra fero.
Sic Deus in raſtro, Deus eſt in vomere, ſemper
Nocte, dieq; meo Chriſtus in ore ſonat.
Ah' quoties mihi cantanti, nec fallor, Amice,
Cælicolum ſubito viſus adeſſe chorus,

Tum

Hinc ego proſpicio veſanas æquoris vndas,
Et tacitus mecum,ſic mea vita fuit;
Mors mihi vita fuit, furijs agitata Iuuentæ,
Perpetuò eſt lacrymis culpa luenda meis.
Nõne Deus, clamo, flenti mihi crimina,parcet?
Parcet, reſponſant concaua ſaxa, Deus,
Hic inter rupes quæ ſit mihi cauſa morandi?
Orandi, ſubitò vaſta cauerna ſonat.
Nec procul hinc diſtant dilectę mœnia LVCÆ,
Mœnia finitimis imperioſa locis,
Vrbs eſt grata mihi, cœlo gratiſſima, namque
Cæleſtis lucis nomen, & omen habet;
Illa ſuis factis olim ſi claruit orbi,
Nunc magis in vera Relligione nitet; (tet
Huc me ſæpe fero, vt Mariæ noua tẽpla frequẽ-
Inuiſam, & Trino templa dicata Deo;
Et quo iã ſteterant Triuiæ ſimulacra, nefandoq;
Amphitryoniadę ſtructa ſacella loco,
Signa Crucis gemmis, auroq; intexta coluntur,
Pendet & auratis picta Tabella tholis;
Quæque Theatrales conſpexit machina põpas,
Chriſtiadum pompas excipit illa ſacras:
Hic vbi circus erat Romanis æmulus, inter
Nunc tercentenas emicat ara faces;
Ex populus pietate ſimul ſimul inclytus armis,
Inter & Hetruſcos fortia bella gerit:
Huc debellatas acies Sempronius olim
Duxit relliquias agmina victa, ſuas;
Hic quoque Romanos faſces exhorruit Orbis,
Et iuncto ternos fœdere ritè Duces:
Longinquis hùc ſi tendat peregrinus ab oris,
Semper habet,quærit quam miſerandus opẽ:
Gens habitat fidei,atque obſeruantiſſima recti,
Largiter, inque omnes officioſa pios,

Ille

Ille Deus, cui ſunt curæ pia facta, ſecundus
Forſan Lucenſes ad melioraterat,
Illuſtres miretur Auos, ſanctumq; Senatum,
Et Libertatis pace fruatur amans;
Luca placet, tamen alme Pater, ſi vera fateri
Ipſe velim, mentem ſola cauerna beat;
Hic ploro, hic lacrymor, culpas nocturn° in antro,
Et matutinus turpia facta gemo:
Si niuibus rigeo, flammas, & ſulphura Ditis
Ante oculos, mea mẽs, quę meditetur, habet.
Syrius vrit agros? meditantis, membra rigeſcũt,
Æternos æſtus, Styx pice ſepta, tuos,
Quoq; Deum magis offendi, tanto magis intus
Dilacerat pectus plurima culpa meum:
Aſt alias Chriſti effigiem tua munera longùm
Amplector, toto pectore fuſus humi:
Seu dextram dextræ admoueo, ſiue oribus ora,
Vera mihi os loquitur, ſanat & illa manus:
Eſt affixa Cruci, iacere vt dediſcat amicè
Deſes in innumeros, tela triſulca, reos;
Heu quis nõ Domino lacrymarũ flumina fũdat
Sanguinis in Domino dum videt illa ſuo?
Vnda vndam, ſociet certatim, ſanguine, & vnda
Molleſcat vinctum cor adamante meum.
Totus amãs eſt vulnus; ego quoq; vulnera totus
Sanus ero, mea ſi vulnera vulnus ament.
Languet amãs, vt languẽdo me flectat amantẽ,
Et moritur vita, vt vita ſit ille mea
Tu quoque qui miſero Pater optime vita fuiſti,
Affer opem; precibus, dum potes, affer opẽ,
Vt per inacceſſas rupes, & inhoſpita teſqua
Ad ſuperos ducat me METANÆA. Vale.

HIERONYMVS, AVGVSTINO.

Argumentum.

Hieronymus Auguſtino Hieroſolimitanam deſcribit peregrinationem.

Epiſtola V.

QVam legis, ò Patriæ columen, ſi littera languet,
Deſine mirari, languida membra iacent:
Ægra manus, mens ægra, ſuos pertæſa labores,
Scribere conanti munera ſueta negant.
Nec te quo tenear, rerum doctiſſime, morbo,
Præterit, eſt morbus cana ſenecta meus;
Hieronymi quicquid ſupereſt, vocalis imago eſt,
Vmbra eſt Hieronymi quicquid amice ſonat;
Iam bis luſtra nouẽ greſſu titubãte propinquãt,
Ex quo Natalis lux celebrata mei;
Eſt macies corpus, vix oſſibus oſſa cohærent,
Turbida præſenti lumina morte natant,
Mortẽ aueo, vt Chriſto tãdẽ coniungar Amãti:
Grata tamen veniet, cùm volet ille, quies;
Dũmodo ad aſtra vocet, ſerus traducar ad aſtra,
Præmia plura dabit, quo magè ſera dabit;
Me quantum velit extenuet vitioſa ſenectus,
Tardet & inſtabiles deſidioſa pedes;

Et

Et quatiat laſſos mihi creber anhelitus artus,
Deſes ab officijs non tamen ipſe vacem,
Vita hæc perpetuus labor eſt, ego miles Ieſu:
Ah grauer in Solymis multa dolenda pati?
Hìc tellus, hìc ſaxa ſuis minitantia ſaxis,
Suadent militiæ ſigna cruenta ſequi:
Nam rigidas Chriſti precioſo ſanguine cautes
Hìc latè madidas lumina noſtra vident.
Dux vitam effudit, ſudores miles vbique
Abneget? ingrato terra dehiſce priùs;
Segniter ardet amans? nomen deponat amantis:
Res eſt ingenij ſemper agentis amor;
Diuus amor pauidas inflammat robore mētes;
Languida confirmat pectora Diuus Amor,
Hic rapit intrepidas per Martia tela puellas,
Hic rapit & pueros, & rapit ille ſenes;
Hic facit, vt gelidæ ſint alta palatia rupes,
Hoc æſtas friget vindice, feruet hyems,
Huius ego ſubdo mea colla ſenilia vinclis,
Meque catenarum, quà cupit ille, trahit;
Quis demens, terriſque grauis, Cœloq; rebellis
Talibus in caſtris æra merere neget?
Fortiùs vre meum victor fortiſſime pectus,
Adde faces facibus, vincula vincla grauent.
Nam ſeruire tibi, regnum; victoria, vinci eſt,
Dum te victorem nouerit eſſe ſuum;
Diuitijs me iuſſit Amor poſuiſſe paternis
Hìc templum, templo finitimoſq; lare,
Longinquis quo ſe referens peregrinus ab oris
Conferat, & dapibus corpora feſſa leuet;
Hìc tuus exceptus permanſit Horotius hoſpes,
Hìc & Apodemius Sulpitiuſque tui;
Fælices animæ, quæ te quocunque ſequuntur,
Æthereumque tuo nectar ab ore bibunt;

Eſt

Eſt anguſta dom⁹,tñ eſt domus hoſpita multis,
Quos hûc aſſiduos hæc loca ſacra trahunt;
In paruo tria parua nitent altaria templo:
Quæ pinxit minium docta animare manus.
Prima tabella refert Infantem viuida Chriſtum,
Cui Puero Reges munera trina ferunt;
Altera ſanguineo pendentem ſtipite monſtrat:
Quis ferus heu lacrymas Xpo obeũte neget?
Hic adſtat gemebunda Cruci caſtiſſima Mater,
Per coaceruatos ſaxea facta metus:
Tertia terribilem ſublimi in nube ſedentem
Oſtentat toruum lumine,mente ferum:
Agmina dẽsãtur populorũ,hinc inde frequẽtes,
Quos ad iudicium buccina dira vocat;
Surgite mortales, clamat ſonus illa, ſepulta
Surgite, & in veſtros oſſa redite toros:
Alme Pater, nutu, teſtor, qui tẽperat Orbem,
Aures aſſiduè ſauciat illa meas.
Obſtrepit illa,vagos dũ cogitPhoſphoros ignes
Obſtrepit,& ſua cum ſidera Veſperagit,
Si releuo mea membra cibo,ſonat illa repentè;
Surgere,ſi recubo,me iubet illa, toro,
Deniq; quicquid ago, ſemper circũſonat auras:
Nunc quoq; ſcribentem me ferit ille ſonus:
Quid iuuat aſſiduo multum didiciſſe labore,
Si ſuprema tamen fecerit hora reum?
Ah quoties vano turgeſcunt pectora faſtu,
Ille ſapit, ſolus cui Deus ipſe ſapit;
In Solymis ſi fortè petis quæ gaudia terris
Percipiam,longum ſit retuliſſe mihi,
Haud,humana, loqui potis eſt cœleſtia,lingua,
Queis ſecum ipſa tacens mens ſolet vna frui;
Alta ſuperbifico valeant Capitolia luxu,
Sit procul hinc Circus,ſæua Theatra procul;

Ar-

Arua Palæſtinæ fuluis potiora metallis,
Hæc loca ſunt votis vberiora meis;
Hic præſepe colo teneri natalia Regis:
Vagijt hic, dico, lacrymulaſq; dedit;
In lacrymas vos ite pias mea lumina; terræ
Sacratæ vt lacrymis oſcula miſta feram:
Oſcula miſta feram, quot voluit Nilus arenas;
Oſcula Mopſopio mellè cuſpita magis;
Quid memorē mea cū baculus veſtigia firmat?
Caluarique peto culmiua ſacra iugi?
Quot ſaxa aſpicio, proclamo perditus eheu,
Vos Domini lauit, vos quoque ſaxa cruor?
Fortis Amans tulit hac pondus ferale nocente
Pro me, dum totus nil niſi plaga fuit?
Stat læua anguſtū paruo de marmore tēplum,
Quod Mariæ σπάσμον turba Pelaſga vocat.
Hic lacetum vix agnouit mœſtiſſima Natum,
Tantus vbique cruor, tantus vbique dolor.
Parua meos trahit hac oculos dom⁹ hoſpitis, vltrò
Quæ dedit exangui candida lina Deo.
Parua dedit, maiora tulit, quid cætera narrem?
Quæ loca diuini monſtrat Amantis Amor?
Hic furor hoſtilis laniauit corpus, & illic
Sæua cruentarunt ſpinea ſerta caput,
Fœmineæ hic lacrymis perfuſæ lumina Turbæ,
Non me flete, inquit, vos manet iſte dolor,
Dixit, & adiutus collem Simeone petiuit,
Chriſtus vbi victa morte trophæa tulit;
Hūc dum perueni diuino percitus œſtro,
Liquor vt aduerſis concita tæda Notis,
Me vernis fulcite roſis, ſtipate liguſtris,
Cor, heu, cor nimio languet amore meum:
Hoc dilecta loco Patri fuit hoſtia Chriſtus,
Carnificiſq; fero eſt munere functus Amor,

Hæc-

Hæccine virginea ſpumarunt ſanguine ſaxa?
Hæne ſacro rupes immaduere mari?
Hacne meas lauit noxas ſacer Agnus in ara,
Humani Generis factus amore nocens?
Dũ mea lingua ſilet, vos lumina fundite flumẽ,
Fundite, nã lacrymæ pondera vocis habent,
Veſtra ſalus fletur, nimio vos perdite fletu;
Hic perijt ſæua lux quoque veſtra nece;
Plurima ſed lacrymas ſocialiter oſcula iungant,
Namq; dolor lacrymas, oſcula fundit Amor.
Quàm iuuat hic geminas oculorũ amittere lu-
Ac triuiſſe ſacro labra ſuperba ſolo; (ces,
Quiſquis ab hoc tumulo viuũ diuellet Amãtẽ,
Hoſtis, erit, dulce hic viuere, dulce mori eſt.
Hæc ſunt Auguſtine meæ gratiſſima mentis
Gaudia, queis fœlix nocte, dieq; fruor;
Tempus erat mihi cùm vires dabat acrior ætas,
Diuerſas petij fortis vbique vias:
Tum celer inuiſi terras Samaritidos oræ,
Atque tuas Hermon, Nazaret atque tuas,
Tum quaſcunq; ſuis ſacrata volumina faſtis
Illuſtrant, celeri iuuit adire pede;
Nunc eſt vna mihi Bethlẽ labor vltimus ægro,
Bethlem delicijs cognita terra meis,
Me tenet archaicus languẽtẽ lectulus, atq; hinc
Poſſe datur cunas cernere Chriſte tuas;
Auguror extremũ vitæ propè tempus adeſſe,
Pendulus huc illuc corpora funis agit;
Quæ dictem crebra ve iterem dulciſſima voce,
Cycnæo Syrius corpore factus odor,
Qui feret hanc, tibi Sulpitius narrauerit, ille
Pectoris eſt noſtri conſcius, ille tui,
Dulcis Amice Vale, donec dilectus vtrunque
Perpetuo iungat fœdere Chriſtus Amor.

PAV-

PAVLINVS, AVSONIO.

Argumentum.

Paulinus Epiſcopus Nolanus, vt captiuum redimeret, ſe fecit captiuũ, & in Africa hortis præfectus in catena hanc mittit Auſonio poetæ.

Epiſtola VI.

EXcipe Paulini, Iuli doctiſſime, carmen,
Mittitur optanti quo tibi multa ſalus;
AuſonisAuſonium vatẽ tenet ora beatũ
Et me fœlicem barbara terra tenet;
Quodq; magis mirũ, ſeruit dũ dextera, gaudet
Seruitio, Regum ſceptra ſuperba procul;
Sponte mea hanc vitam elegi, nõ iure coactus,
Sponte mea iuſſi vincla ſubire manus. (rit,
Chriſtus Amor meus eſt, hoc me iuuat igne perire,
Non Chriſti nubis inficiandus Amor:
Militat omnis amans, vita eſt mortalis in Orbe
Militia, en Chriſti fortia caſtra ſequor;
Militis officium eſt montes ſuperare, viaſq;
Me veſtris terris diſſitus Orbis habet;
Nulla pericla timet miles, non ipſe refugi
Mille pericla maris, mille pericla viæ;
Excubat ille vigil, vigiles ego tranſeo noctes,
Illi vita labos, eſt mihi vita labor;
Ille gerit gladium, geſtat mea dextra ligonem,
Fert vallum è ſyluis, quernea ligna fero;

Res

O' mihi paupertas omni preciosior auro,
Quæ ſuperas aperis imperioſa fores;
Sponte mea liqui patrias gazaſque, ſolumque;
Immo habet ingenti fænore pauper opes,
Seruiat his hominũ miſerè mens libera vinclis,
Numinis æterni libera facta manu?
Vim patitur cœlum, multo ſudore parandum,
Dat Cererem ſudor, dat mihi ſudor aquam;
Lympha ſitim leuat ardẽtẽ, nec limpida lympha
Sedant hortorum fercula grata famem.
Hic etenim videas fundentes brachia betas,
Et rumices mæſtum tollere ad aſtra caput;
Hic maluæq; inulæq; virent, hic plurima cepæ,
Oſtentatq; ſuas grande papauer opes; (latè
Quin Timbræ, Hyblæũq; Thyma, & bene olẽtia
Serpilla, & crebris Intyba amiea vadis;
Non deſunt Rutæ, medicoq; Abſinthia ſucco,
Hic lactuca viret, quam meus optat herus.
Non Menthę, aut tenui Coriandra tremẽtia filo,
Non Caſiæ hinc diſtant, florida Mirtus olet;
Quid flores memorẽ? viridi quid ceſpite plãtas?
Hic Narciſſus adeſt, non Amaranthus abeſt;
Abſterſura nigros pandit ſe ſaluia dentes,
Ritè ſuas iactat roſque marinus opes;
Hæc ornant Domini conuiuia regia menſas
Laudantis noſtras ſedulitate manus;
Plantas dum figo, terræ dum ſemina mando
Et fæcundantem iacto per arua fimum;
Summiſſo repeto Dauidica carmina cantu,
Et MARIÆ ſanctum nomen ad aſtra fero.
Sic Deus in raſtro, Deus eſt in vomere, ſemper
Nocte, dieq; meo Chriſtus in ore ſonat.
Ah' quoties mihi cantanti, nec fallor, Amice,
Cælicolum ſubito viſus adeſſe chorus,

Tum repeto, viuat, Deus, ò meus ignis Olympi
Sacra Cohors repetit, viuat vbique Deus;
Hoſtes perdantur, repetit, perdantur & Hoſtes,
Tunc itero mihi, quæ vox ita clamat? amat.
Pubes reſpondet: redamantem ſuſcipe Chriſte,
Etſi lentus amo, percute, perde, neca;
Ferre moras ignorat Amor, per ſaxa, per ignes
Currit diuiuo Numine raptus Amans:
En totus ſum Chriſte tuus, tibi dedita ſeruit
Mens mea, cunctantê quò properare iubes?
Vendi us hùc veni, mu'to cum ſanguine vitam
Pro te fuſurus, nec mihi cœpta fauent;
Barbarus hic hoſtis me diligit; vnda cruoris
Cauſa mihi dabitur, dirige Chriſte tuum;
Hæc ſunt quæ meditans in cultu fertilis horti
Celſa ſuper videor ſidera ferre gradum;
At fuſcis cùm nox terras amplectitur alis,
Me capiunt paruæ lignea tecta Caſæ,
Archaicus me lectus habet, mihi lectus amãdus,
Hic vigilo, hic meditor quid mea vita velit,
Vita hominis breuis vmbra, micẽtis fulguris in-
Vix nitet, & citius luce repente fugit. (ſtar,
Subdola res, mendax fulgor, pellacia fallax,
Lethalis riſus, mors inopina, dolor:
Hic mihi meta foret ſcribendi maxime Iuli,
Ni mihi mens ardens ſcribere plura foret:
Si placet heſterna referam tibi ſomnia nocte
Viſa mihi e ſuperis, ſomnia miſſa plagis.
Roſcida non aberant Auroræ tempora, ſuauis
Corpora cùm ſomnus feſſa labore rigat:
En domitanti mihi nuncius adſtitit, aureo
Crine nitens, zona fulgidus, ore micans:
Aliger inceſſu patuit ſtellantis Olympi
Totus erat ſplendor, gratia totus erat:

Qui

Qui ſua defigens in noſtrum lumina vultum
Tales compoſito rupit ab ore ſonos.
Sat virtus experta tua eſt, ſat cognita cœlo,
Rebus in aduerſis conſpicienda magis:
Mancipium te fecit Amor, te vendidit idem,
Vt fieres Chriſti verus Amantis amans;
Illum orbis famulum, te vidit barbara tellus,
O'validum ſemper pectus ad arma Dei:
Tranſijt vndiſonis tempeſtas concita nimbis,
Præteriere vndæ, præteriere Noti;
Surge, age, te populus crebro tuus ore repoſcit,
Indigus eloquium poſtulat ille tuum.
Expediam paucis, ſeriem tu percipe rerum,
Quam tibi cœleſtis monſtrat ab arce Pater;
Cui ſeruis, Dominus, te mox detexerit, atque
Iuſſerit ad priſcos te remeare lares;
Et Nolanorum duces erepta catenis
Agmina poſcenti, quæ tibi tradet herus;
Nola triumphantem excipiet, Ciueſq; redẽptos,
Euentus manet hæc meſſis opima tuos;
Sic fortunatos ſemper tranſegeris annos,
Æternum donec Numen ad aſtra vocet;
Sic ait, & rapidus fugit ſuper æthera, liquit
Et me mirantem blanda ſopore quies;
Præmonſtrat Deus hæc, rerum cariſſime, ſanctis
Cuius ab arbitrijs vita trahenda mihi;
Ille meæ mentis lentas moderatur habenas,
Ille regit curas, & mea facta regit;
Tu tibi delicias habeas, quas Roma miniſtrat,
Omne bonum Deus eſt, eſt mihi vita Deus:
Dextera plura negat ſcribẽdo laſſa; quid vrges?
Sum ſeruus, Dominus me vocat. Ergo vale.

PE-

PELAGIA NONNO EPISCOPO.

Argumentum.

Pelagia meretrix Alexandrina celeberrima Nonni Epiſcopi concionibus ad meliorem frugem conuerſa eidem ſcribit, ſacri Baptiſmatis fontem rogans.

Epiſtola VII.

Diſcipulo Chriſti nutu moderantis Olympum
Dæmonis has audet ſcribere ſerua notas
Luxuriæ indulſi meretrix celeberrima, blandæ,
Dum furit ætatis prima iuuenta meæ;
In me laxatis dominata licentia frænis,
Quæ non conceſſit tempora longa malis?
Cui peccare licet, peccat magis, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ fertiliora facit.
Sugebam Nutricis adhuc dum parua mamillas
Oppreſſus letho eſt cum Genitrice Pater;
Sic duo, qui noſtræ rexiſſent fræna iuuentæ,
Ruperunt rapti fræna libidinibus;
Virgineus perijt candor creſcentibus annis,
Quique inerat noſtro fugit ab ore pudor;
Nullus erat, dictis qui caſtigaret acerbis
Peccantem, argueret qui mala, nullus erat,

Aſt aderant,plauſu,qui turpiter acta probarent,
Et celeri poterant ſubdere calcar equo ;
Sic ætas, ſic forma decens, ſic agmina amantũ,
Iura pudicitiæ præripuere mihi.
Deperit illa ſemel, nec læſa reuertitur vnquã,
At ſcelerum vires roborat illa magis :
Sic, in vincla data ratione,tenaciter vltro
Me Stygiæ vinxit Dux violentus aquæ;
Nec fueram ſacro Baptiſmi fonte renata,
Talia riſerunt cæcus vterq; Parens ;
Impia lex dederat Genio indulſiſſe deorum ;
Pondere quæ librat faſque,nefaſq; pari.
Ah'quibus in tenebris traduxi tempora vitæ ?
Factorum haud puduit,facta referre pudet:
Paucis comprendam fœdis noctesque,dieſque,
Perdita delicijs,nequitiæque dedi ;
Donec ſenſa tuæ ſanctæ cœleſtia linguæ
Fregerunt rigido pectora clauſa gelu ;
Rupit Auernalem glaciem tuus ignis,amorque
Diuinis flammis imperioſus amor:
Vror,Iò,nouus æſtus agit,mentemq;,animãq;,
Transferor ad ſuperos incola facta choros;
Non toleranda tuli, ſtygijs raptata cateruis ,
Cede meo tandem pectore turpis amor;
Aſſerui nam me cœlo, fugiq; catenas,
Necnon infrænes, impia corda,procos;
Vicimus, & fœdos pedibus calcamus amores,
Eſt ſatis ad palmam pœnituiſſe ſemel ;
Mæroris clypeũ, verum eſt,poſt vulnera ſumo,
Sed qui ſanet, adeſt , vulnera noſtra, Deus;
Excipit ille ſuos natos, nec percitus ira
Auerſa feras reſpuit aure preces ;
Obſcænas ſcelerum ſordes , culpaſq; nefandas
Noſcit, & ignoſcit tactus amore mei :

Si

Si quoties peccant homines mala puniat illos,
Innumeros perdant tela triſulca reos,
Hæc à te didici cœleſtia verba tonante,
Hæc me veſanam reſtituere mihi;
Abſtulerant mentem pubes famularis Amanti;
Nutibus illa meis officioſa nimis:
Heu tum mendaci facies fuit oblita fuco,
Et placuit ſtultis diſſimulata tamen:
Iuuit odoratos pectine variare capillos,
Illuſtres gemmis iuuit habere manus.
Iuuit Oronteo crines perfundere rore,
Atque peregrinis vendere delicijs;
A Pelago ſumpſi nomen, nam ſemper Amanti
Fluctiuagum pelagus noctes, diſque fui.
Oſtrinas geſſi veſtes, quas fœmina Coa
Pingit acu, [illegible]
Inuiſa quos texit Phrygium [illegible] agmen,
[illegible]
[illegible]
Byſſus [illegible] Tyros;
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ah quoties laſciua meo famulata furori
Purpureas tetigi pollice vafra genas.
Artibus his male captus amãs,& frigora noctis
Et potuit valido pectore ferre Notos.
Quin quoq; mortiferi tanta eſt inſania morbi,
Lætus erat ſæuis naufragus æquoribus:
Ante meas orta eſt creberrima rixa feneſtras,
Et rixas cædes multa ſecuta fuit.
Infamis tota interea male nominor Vrbe,
Iureque nequitiæ prædicor eſſe genus;
Tum calcatus honos,& ſpretę murmura famæ;
Nec mihi pallori dedecus illud erat.
Eſt furiata magis muliebris noſtra libido,
Neſcimus captæ mentis habere modum.
Rupimus ingenui cum fortia vincla pudoris,
Neſcimus ſtimulos frangere nequitiæ;
Frænentur citius Syrtes, & ſæua Malea
Exhibeat nautis littora tuta ſinu;
Quam quiſquã poſſit noſtros cõpeſcere curſus
Dum rabidos æſtus tetra libido vomit:
Addita luxuriæ quoq; ſunt Mareotica vina,
Vt flamma in flammis, ignis in igne foret;
Quas non fuderunt,matreſq;patreſq; querelas,
Dum plorant natos pignora cara ſuos?
Dira ſenum riſi lacrymas, iuuenumq; catenis
Fortius obſtrinxi mollia corda meis:
Augèbantur opes, ſed opum male ſana libido
Maior erat, maior pernicioſa ſitis
Pactoli non expleſſent me ſtagna rubentis,
Nec fortunati ripa beata Tagi.
Eois coma fulgebat radiata lapillis,
Ornabat digitos plurima gemma meos:
Nulla tamen mihi finis erat maiora petendi,
Hydrops excreſcit ſic tumefactus aquis.

Hæccine virginea ſpumarunt ſanguine ſaxa?
Hæne ſacro rupes immaduere mari?
Hacne meas lauit noxas ſacer Agnus in ara,
Humani Generis factus amore nocens?
Dũ mea lingua ſilet, vos lumina fundite flumẽ,
Fundite, nã lacrymæ pondera vocis habent,
Veſtra ſalus fletur, nimio vos perdite fletu;
Hic perijt ſæua lux quoque veſtra nece;
Plurima ſed lacrymas ſocialiter oſcula iungant,
Namq; dolor lacrymas, oſcula fundit Amor.
Quàm iuuat hic geminas oculorũ amittere lu-
Ac triuiſſe ſacro labra ſuperba ſolo; (ces,
Quiſquis ab hoc tumulo viuũ diuellet Amãtẽ,
Hoſtis, erit, dulce hic viuere, dulce mori eſt.
Hæc ſunt Auguſtine meæ gratiſſima mentis
Gaudia, queis fœlix nocte, dieq; fruor;
Tempus erat mihi cùm vires dabat acrior ætas,
Diuerſas petij fortis vbique vias:
Tum celer inuiſi terras Samaritidos oræ,
Atque tuas Hermon, Nazaret atque tuas,
Tum quaſcunq; ſuis ſacrata volumina faſtis
Illuſtrant, celeri iuuit adire pede;
Nunc eſt vna mihi Bethlẽ labor vltimus ægro,
Bethlem delicijs cognita terra meis,
Me tenet archaicus languẽtẽ lectulus, atq; hinc
Poſſe datur cunas cernere Chriſte tuas;
Auguror extremũ vitæ propè tempus adeſſe,
Pendulus huc illuc corpora funis agit;
Quæ dictem crebra ve iterem dulciſſima voce,
Cycnæo Syrius corpore factus odor,
Qui feret hanc, tibi Sulpitius narrauerit, ille
Pectoris eſt noſtri conſcius, ille tui,
Dulcis Amice Vale, donec dilectus vtrunque
Perpetuo iungat fœdere Chriſtus Amor.

PAV-

PAVLINVS, AVSONIO.

Argumentum.

Paulinus Epiſcopus Nolanus, vt captiuum redimeret, ſe fecit captiuũ, & in Africa hortis præfectus in catena hanc mittit Auſonio poetæ.

Epiſtola VI.

EXcipe Paulini, Iuli doctiſſime, carmen,
Mittitur optanti quo tibi multa ſalus;
Auſonis Auſonium vatē tenet ora beatũ
Et me fœlicem barbara terra tenet;
Quodq; magis mirũ, ſeruit dũ dextera, gaudet
Seruitio, Regum ſceptra ſuperba procul;
Sponte mea hanc vitam elegi, nõ iure coactus,
Sponte mea iuſſi vincla ſubire manus. (rit,
Chriſtus Amor meus eſt, hoc me iuuat igne pe-
Non Chriſti nubis inficiandus Amor:
Militat omnis amans, vita eſt mortalis in Orbe
Militia, en Chriſti fortia caſtra ſequor;
Militis officium eſt montes ſuperare, viaſq;
Me veſtris terris diſſitus Orbis habet;
Nulla pericla timet miles, non ipſe refugi
Mille pericla maris, mille pericla viæ;
Excubat ille vigil, vigiles ego tranſeo noctes,
Illi vita labos, eſt mihi vita labor;
Ille gerit gladium, geſtat mea dextra ligonem,
Fert vallum è ſyluis, quernea ligna fero;
Res

Res tibi nota ſatis; dederim cur corpus herili
Imperio, & mihi, cur ſerua bibatur aqua;
Nobilis vrgebat Mater, Natumq; volebat
Argento redimi collacrymata ſuum;
Pauper opum, dixi, ſoluam pro corpore corpus,
Non mihi diuitiæ; libera vita mihi eſt,
Seruus ero, vincla vt Natus tuus exuat, illi
Pacta placent, prolem liberat inde ſuam;
Sic ego mancipium factus, ſic villicus horti,
Altas tangentis proximitate domus;
Barbarus hic Dominus fului eſt ditiſſimus auri,
Vndique gemma micat, plurima gaza nitet;
Splendida ſeruorum nō deſunt agmina menſis,
Exornatque ſeges luxurioſa dapes;
In gemma bibit, & Sarrano dormit in oſtro,
Huic venter Deus eſt, tetra libido Deus;
Idem habet extructā valido cū remige claſſem,
Non modo vicinos quā populetur agros,
At dites rapiat puppes maria alta ſecantes,
Chriſtiadumq; vehat corpora capta domum,
Quicquid ego dextra ſolers non diſplicet illi,
Omnia donantis ſuſcipit ille libens,
Vinea parua mihi curæ eſt, mihi fertilis hortus,
Vinea fert vuas, fertilis hortus olus,
Nec tantū fert hortus olus, ſed quidquid vbiq;
Naſcitur, hic tellus ingenioſa refert;
Fortunat mea vota Deus, fauet ille colenti,
Mira paris tellus, hortule mira paris, (tus,
Quod bene fertur onus, bene fit, mihi viuo bea-
Non mala conditio, mens bona præſtat opes;
Eſt liber, quem captiuum non crimina ducunt:
Qui ſceleri ſeruit, perditus ille ſibi eſt;
Dum corpus ſeruile meum, mens libera regnat,
Quam ſolus iunctam fœdere Chriſtus habet,

O'mi-

O' mihi paupertas omni precioſior auro,
Quæ ſuperas apertis imperioſa fores;
Sponte mea liqui patrias gazaſque, ſolumquè;
Immo habet ingenti fænore pauper opes,
Seruiat his hominū miſerè mens libera vinclis,
Numinis æterni libera facta manu?
Vim patitur cœlum], multo ſudore parandum,
Dat Cererem ſudor, dat mihi ſudor aquam;
Lympha ſitim leuat ardētē,nec limpida lympha
Sedant hortorum fercula grata famem.
Hic etenim videas fundentes brachia betas,
Et rumices mæſtum tollere ad aſtra caput;
Hic maluæq;inulæq;virent, hic plurima cepæ,
Oſtentatq; ſuas grande papauer opes; (latè
Quin Timbræ,Hyblæūq;Thyma,& bene olētia
Serpilla,& crebris Intyba amica vadis;
Non deſunt Rutæ,medicoq; Abſinthia ſucco,
Hic lactuca viret, quam meus optat herus.
Non Mēthę,aut tenui Coriandra tremētia filo,
Non Caſiæ hinc diſtant, florida Mirtus olet;
Quid flores memorē?viridi quid ceſpite plātas?
Hic Narciſſus adeſt, non Amaranthus abeſt;
Abſterſura nigros pandit ſe ſaluia dentes,
Ritè ſuas iactat roſque marinus opes;
Hæc ornant Domini conuiuia regia menſas
Laudantis noſtras ſedulitate manus;
Plantas dum figo, terræ dum ſemina mando
Et fæcundantem iacto per arua fimum;
Summiſſo repeto Dauidica carmina cantu,
Et MARIÆ ſanctum nomen ad aſtra fero.
Sic Deus in raſtro, Deus eſt in vomere, ſemper
Nocte, dieq; meo Chriſtus in ore ſonat.
Ah'quoties mihi cantanti, nec fallor, Amice,
Cælicolum ſubito viſus adeſſe chorus,

Tum repeto, viuat, Deus, ò meus ignis Olympi
Sacra Cohors repetit, viuat vbique Deus;
Hoſtes perdantur, repetit, perdantur & Hoſtes,
Tunc itero mihi, quæ vox ita clamat? amat.
Pubes reſpondet: redamantem ſuſcipe Chriſte,
Etſi lentus amo, percute, perde, neca;
Ferre moras ignorat Amor, per ſaxa, per ignes
Currit diuino Numine raptus Amans:
En totus ſum Chriſte tuus, tibi dedita ſeruit
Mens mea, cunctantẽ quò properare iubes?
Vendi us hûc veni, mu'to cum ſanguine vitam
Pro te ſuſurus, nec mihi cœpta fauent;
Barbarus hic hoſtis me diligit; vnda cruoris
Causa mihi dabitur, dirige Chriſte tuum;
Hæc ſunt quæ meditans in cultu fertilis horti
Celſa ſuper videor ſidera ferre gradum;
At fuſcis cùm nox terras amplectitur alis,
Me capiunt paruæ lignea tecta Caſæ,
Archaicus me lectus habet, mihi lectus amãdus,
Hic vigilo, hic meditor quid mea vita velit,
Vita hominis breuis vmbra, micẽtis fulguris in-
Vix nitet, & citius luce repente fugit. (ſtar,
Subdola res, mendax fulgor, pellacia fallax,
Lethalis riſus, mors inopina, dolor:
Hic mihi meta foret ſcribendi maxime Iuli,
Ni mihi mens ardens ſcribere plura foret:
Si placet heſterna referam tibi ſomnia nocte
Viſa mihi e ſuperis, ſomnia miſſa plagis.
Roſcida non aberant Auroræ tempora, ſuauis
Corpora cùm ſomnus feſſa labore rigat:
En domitanti mihi nuncius adſtitit, aureo
Crine nitens, zona fulgidus, ore micans:
Aliger inceſſu patuit ſtellantis Olympi
Totus erat ſplendor, gratia totus erat:

Qui

Qui ſua defigens in noſtrum lumina vultum
Tales compoſito rupit ab ore ſonos.
Sat virtus experta tua eſt, ſat cognita cœlo,
Rebus in aduerſis conſpicienda magis:
Mancipium te fecit Amor, te vendidit idem,
Vt fieres Chriſti verus Amantis amans;
Illum orbis famulum, te vidit barbara tellus,
O'validum ſemper pectus ad arma Dei:
Tranſijt vndiſonis tempeſtas concita nimbis,
Præteriere vndæ, præteriere Noti;
Surge, age, te populus crebro tuus ore repoſcit,
Indigus eloquium poſtulat ille tuum.
Expediam paucis, ſeriem tu percipe rerum,
Quam tibi cœleſtis monſtrat ab arce Pater;
Cui ſeruis, Dominus, te mox detexerit, atque
Iuſſerit ad priſcos te remeare lares;
Et Nolanorum duces erepta catenis
Agmina poſcenti, quæ tibi tradet herus;
Nola triumphantem excipiet, Ciueſq; redẽptos,
Euentus manet hæc meſſis opima tuos;
Sic fortunatos ſemper tranſegeris annos,
Æternum donec Numen ad aſtra vocet;
Sic ait, & rapidus fugit ſuper æthera, liquit
Et me mirantem blanda ſopore quies;
Præmonſtrat Deus hæc, rerum cariſſime, ſanctis
Cuius ab arbitrijs vita trahenda mihi;
Ille meæ mentis lentas moderatur habenas,
Ille regit curas, & mea facta regit;
Tu tibi delicias habeas, quas Roma miniſtrat,
Omne bonum Deus eſt, eſt mihi vita Deus:
Dextera plura negat ſcribẽdo laſſa; quid vrges?
Sum ſeruus, Dominus me vocat. Ergo vale.

PELAGIA NONNO EPISCOPO.

Argumentum.

Pelagia meretrix Alexandrina celeberrima Nonni Epiſcopi concionibus ad meliorem frugem conuerſa eidem ſcribit, ſacri Baptiſmatis fontem rogans.

Epiſtola VII.

DIſcipulo Chriſti nutu moderantis Olympum
Dæmonis has audet ſcribere ſerua notas
Luxuriæ indulſi meretrix celeberrima, blandæ,
Dum furit ætatis prima iuuenta meæ;
In me laxatis dominata licentia frænis,
Quæ non conceſſit tempora longa malis?
Cui peccare licet, peccat magis, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ fertiliora facit.
Sugebam Nutricis adhuc dum parua mamillas
Oppreſſus letho eſt cum Genitrice Pater;
Sic duo, qui noſtræ rexiſſent fræna iuuentæ,
Ruperunt rapti fræna libidinibus;
Virgineus perijt candor creſcentibus annis,
Quique inerat noſtro fugit ab ore pudor;
Nullus erat, dictis qui caſtigaret acerbis
Peccantem, argueret qui mala, nullus erat,

At

Aſt aderant, plauſu, qui turpiter acta probarent,
Et celeri poterant ſubdere calcar equo;
Sic ætas, ſic forma decens, ſic agmina amantū,
Iura pudicitiæ præripuere mihi.
Deperit illa ſemel, nec læſa reuertitur vnquā,
At ſcelerum vires roborat illa magis:
Sic, in vincla data ratione, tenaciter vltro
Me Stygiæ vinxit Dux violentus aquæ;
Nec fueram ſacro Baptiſmi fonte renata,
Talia riſerunt cæcus vterq; Parens;
Impia lex dederat Genio indulſiſſe deorum;
Pondere quæ librat faſque, nefaſq; pari.
Ah' quibus in tenebris traduxi tempora vitæ?
Factorum haud puduit, facta referre pudet:
Paucis comprendam fœdis noctesque, dieſque,
Perdita delicijs, nequitiæque dedi;
Donec ſenſa tuæ ſanctæ cœleſtia linguæ
Fregerunt rigido pectora clauſa gelu;
Rupit Auernalem glaciem tuus ignis, amorque
Diuinis flammis imperioſus amor:
Vror, Iò, nouus æſtus agit, mentemq; animāq;,
Transferor ad ſuperos incola facta choros;
Non toleranda tuli, ſtygijs raptata cateruis,
Cede meo tandem pectore turpis amor;
Aſſerui nam me cœlo, fugiq; catenas,
Necnon infrænes, impia corda, procos;
Vicimus, & fœdos pedibus calcamus amores,
Eſt ſatis ad palmam pœnituiſſe ſemel;
Mæroris clypeū, verum eſt, poſt vulnera ſumo,
Sed qui ſanet, adeſt, vulnera noſtra, Deus;
Excipit ille ſuos natos, nec pereitus ira
Auerſa feras, reſpuit aure preces;
Obſcænas ſcelerum ſordes, culpaſq; nefandas
Noſcit, & ignoſcit tactus amore mei:

Eſt anguſta dom⁹, tñ eſt domus hoſpita multis,
Quos hùc aſſiduos hæc loca ſacra trahunt;
In paruo tria parua nitent altaria templo:
Quæ pinxit minium docta animare manus.
Prima tabella refert Infantem viuida Chriſtum,
Cui Puero Reges munera trina ferunt;
Altera ſanguineo pendentem ſtipite monſtrat:
Quis ferus heu lacrymas Xpo obeūte neget?
Hic adſtat gemebunda Cruci caſtiſſima Mater,
Per coaceruatos ſaxea facta metus:
Tertia terribilem ſublimi in nube ſedentem
Oſtentat toruum lumine, mente ferum:
Agmina dēſātūr populorū, hinc inde frequētes,
Quos ad iudicium buccina dira vocat;
Surgite mortales, clamat ſonus ille, ſepulta
Surgite, & in veſtros oſſa redite toros:
Alme Pater, nutu, teſtor, qui tēperat Orbem,
Aures aſſiduè ſauciat ille meas.
Obſtrepit ille, vagos dū cogit Phoſphoros ignes
Obſtrepit, & ſua dum ſidera Veſper agit,
Si releuo mea membra cibo, ſonat ille repentè;
Surgere, ſi recubo, me iubet ille, toro,
Deniq; quicquid ago, ſemper circūſonat auras:
Nunc quoq; ſcribentem me ferit ille ſonus:
Quid iuuat aſſiduo multum didiciſſe labore,
Si ſuprema tamen fecerit hora reum?
Ah quoties vano turgeſcunt pectora faſtu,
Ille ſapit, ſolus cui Deus ipſe ſapit;
In Solymis ſi fortè petis quæ gaudia terris
Percipiam, longum ſit retuliſſe mihi,
Haud, humana, loqui potis eſt cœleſtia, lingua,
Queis ſecum ipſa tacens mens ſolet vna frui;
Alta ſuperbifico valeant Capitolia luxu,
Sit procul hinc Circus, ſæua Theatra procul;

Ar-

Arua Palæſtinæ fuluis potiora metallis,
Hæc loca ſunt votis vberiora meis;
Hic præſepe colo teneri natalia Regis:
Vagijt hìc, dico, lacrymulaſq; dedit;
In lacrymas vos ite pias mea lumina; terræ
Sacratæ vt lacrymis oſcula miſta feram:
Oſcula miſta feram, quot voluit Nilus arenas;
Oſcula Mopſopio melle cuſpita magis;
Quid memorē mea cū baculus veſtigia firmat?
Caluarique peto culmiua ſacra iugi?
Quot ſaxa aſpicio, proclamo perditus eheu,
Vos Domini lauit, vos quoque ſaxa cruor?
Fortis Amans tulit hac pondus ferale nocente
Pro me, dum totus nil niſi plaga fuit?
Stat læua anguſtū paruo de marmore tēplum,
Quod Mariæ σπάσμον turba Pelaſga vocat.
Hic lacetum vix agnouit mœſtiſſima Natum,
Tantus vbique cruor, tantus vbique dolor.
Parua meos trahit hac oculos dom⁹ hoſpitis, vl-
Quæ dedit exangui candida lina Deo. (trò
Parua dedit, maiora tulit, quid cætera narrem?
Quæ loca diuini monſtrat Amantis Amor?
Hic furor hoſtilis laniauit corpus, & illic
Sæua cruentarunt ſpinea ſerta caput,
Fœmineæ hic lacrymis perfuſæ lumina Turbæ,
Non me flete, inquit, vos manet iſte dolor,
Dixit, & aditus collem Simeone petiuit,
Chriſtus vbi victa morte trophæa tulit;
Hūc dum perueni diuino percitus œſtro,
Liquor vt aduerſis concita tæda Notis,
Me vernis fulcite roſis, ſtipate liguſtris,
Cor, heu, cor nimio languet amore meum:
Hoc dilecta loco Patri fuit hoſtia Chriſtus,
Carnificiſq; fero eſt munere functus Amor,

Hæc-

Hæccine virginea ſpumarunt ſanguine ſaxa?
Hæne ſacro rupes immaduere mari?
Hacne meas lauit noxas ſacer Agnus in ara,
Humani Generis factus amore nocens?
Dũ mea lingua ſilet, vos lumina fundite flumẽ,
Fundite, nã lacrymæ pondera vocis habent,
Veſtra ſalus fletur, nimio vos perdite fletu;
Hic perijt ſæua lux quoque veſtra nece;
Plurima ſed lacrymas ſocialiter oſcula iungant,
Namq; dolor lacrymas, oſcula fundit Amor.
Quàm iuuat hic geminas oculorũ amittere lu-
Ac triuiſſe ſacro labra ſuperba ſolo; (ces,
Quiſquis ab hoc tumulo viuũ diuellet Amãtẽ,
Hoſtis, erit, dulce hic viuere, dulce mori eſt.
Hæc ſunt Auguſtine meæ gratiſſima mentis
Gaudia, queis fœlix nocte, dieq; fruor;
Tempus erat mihi cùm vires dabat acrior ætas,
Diuerſas petij fortis vbique vias:
Tum celer inuiſi terras Samaritidos oræ,
Atque tuas Hermon, Nazaret atque tuas,
Tum quaſcunq; ſuis ſacrata volumina faſtis
Illuſtrant, celeri iuuit adire pede;
Nunc eſt vna mihi Bethlẽ labor vltimus ægro,
Bethlem delicijs cognita terra meis,
Me tenet archaicus languẽtẽ lectulus, atq; hinc
Poſſe datur cunas cernere Chriſte tuas;
Auguror extremũ vitæ propè tempus adeſſe,
Pendulus huc illuc corpora ſunis agit;
Quæ dictem crebra ve iterem dulciſſima voce,
Cycnæo Syrius corpore factus odor,
Qui feret hanc, tibi Sulpitius narrauerit, ille
Pectoris eſt noſtri conſcius, ille tui,
Dulcis Amice Vale, donec dilectus vtrunque
Perpetuo iungat fœdere Chriſtus Amor.

PAV-

PAVLINVS, AVSONIO.

Argumentum.

Paulinus Epiſcopus Nolanus, vt captiuum redimeret, ſe fecit captiuũ, & in Africa hortis præfectus in catena hanc mittit Auſonio poetæ.

Epiſtola VI.

EXcipe Paulini, Iuli doctiſſime, carmen,
Mittitur optanti quo tibi multa ſalus;
AuſonisAuſonium vatẽ tenet ora beatũ
Et me fœlicem barbara terra tenet;
Quodq; magis mirũ, ſeruit dũ dextera, gaudet
Seruitio, Regum ſceptra ſuperba procul;
Sponte mea hanc vitam elegi, nõ iure coactus,
Sponte mea iuſſi vincla ſubire manus.
Chriſtus Amor meus eſt, hoc me iuuat igne perire,
Non Chriſti nubis inficiandus Amor:
Militat omnis amans, vita eſt mortalis in Orbe
Militia, en Chriſti fortia caſtra ſequor;
Militis officium eſt montes ſuperare, viaſq;
Me veſtris terris diſſitus Orbis habet;
Nulla pericla timet miles, non ipſe refugi
Mille pericla maris, mille pericla viæ;
Excubat ille vigil, vigiles ego tranſeo noctes,
Illi vita labos, eſt mihi vita labor;
Ille gerit gladium, geſtat mea dextra ligonem,
Fert vallum è ſyluis, quernea ligna fero;

Res

O' mihi paupertas omni pretioſior auro,
Quæ ſuperas aperis imperioſa fores;
Sponte mea liqui patrias gazaſque, ſolumque;
Immo habet ingenti fænore pauper opes,
Seruiat his hominũ miſerè mens libera vinclis,
Numinis æterni libera facta manu?
Vim patitur cœlum], multo ſudore parandum,
Dat Cererem ſudor, dat mihi ſudor aquam;
Lympha ſitim leuat ardētē, nec limpida lympha
Sedant hortorum fercula grata famem.
Hic etenim videas fundentes brachia betas,
Et rumices mæſtum tollere ad aſtra caput;
Hic maluæq; inulæq; virent, hic plurima cepæ,
Oſtentatq; ſuas grande papauer opes; (late
Quin Timbræ, Hyblæũq; Thyma, & bene olēti
Serpilla, & crebris Intyba amica vadis;
Non deſunt Rutæ, medicoq; Abſinthia ſucco,
Hic lactuca viret, quam meus optat herus.
Non Mēthę, aut tenui Coriandra tremētia filo,
Non Caliæ hinc diſtant, florida Mirtus olet:
Quid flores memorē? viridi quid ceſpite plātas?
Hic Narciſſus adeſt, non Amaranthus abeſt;
Abſterſura nigros pandit ſe ſaluia dentes,
Ritè ſuas iactat roſque marinus opes;
Hæc ornant Domini conuiuia regia menſas
Laudantis noſtras ſedulitate manus;
Plantas dum figo, terræ dum ſemina mando
Et fæcundantem iacto per arua fimum;
Submiſſo repeto Dauidica carmina cantu,
Et MARIÆ ſanctum nomen ad aſtra fero.
Sic Deus in raſtro, Deus eſt in vomere, ſemper
Nocte, dieq; meo Chriſtus in ore ſonat.
Ah' quoties mihi cantanti, nec fallor, Amice,
Cælicolum ſubito viſus adeſſe chorus,

Tum

Tum repeto, viuat, Deus, ò meus ignis Olympi
Sacra Cohors repetit, viuat vbique Deus;
Hoſtes perdantur, repetit, perdantur & Hoſtes,
Tunc itero mihi, quæ vox ita clamat? amat.
Pubes reſpondet; redamantem ſuſcipe Chriſte,
Etſi lentus amo, percute, perde, neca;
Ferre moras ignorat Amor, per ſaxa, per ignes
Currit diuino Numine raptus Amans:
En totus ſum Chriſte tuus, tibi dedita ſeruit
Mens mea, cunctantē quò properare iubes?
Vendi us hùc veni, multo cum ſanguine vitam
Pro te fuſurus, nec mihi cœpta fauent;
Barbarus hic hoſtis me diligit; vnda cruoris
Cauſa mihi dabitur, dirige Chriſte tuum;
Hæc ſunt quæ meditans in cultu fertilis horti
Celſa ſuper videor ſidera ferre gradum;
At fuſcis cùm nox terras amplectitur alis,
Me capiunt paruæ lignea tecta Caſæ,
Archaicus me lectus habet, mihi lectus amādus,
Hic vigilo, hic meditor quid mea vita velit,
Vita hominis breuis vmbra, micētis fulguris in-
Vix nitet, & citius luce repente fugit. (ſtar,
Subdola res, mendax fulgor, pellacia fallax,
Lethalis riſus, mors inopina, dolor:
Hic mihi meta foret ſcribendi maxime Iuli,
Ni mihi mens ardens ſcribere plura foret:
Si placet heſterna referam tibi ſomnia nocte
Viſa mihi e ſuperis, ſomnia miſſa plagis.
Roſcida non aberant Auroræ tempora, ſuauis
Corpora cùm ſomnus feſſa labore rigat:
En domitanti mihi nuncius adſtitit, aureo
Crine nitens, zona fulgidus, ore micans:
Aliger inceſſu patuit ſtellantis Olympi
Totus erat ſplendor, gratia totus erat:
Qui

Qui ſua defigens in noſtrum lumina vultum
Tales compoſito rupit ab ore ſonos.
Sat virtus experta tua eſt, ſat cognita cœlo,
Rebus in aduerſis conſpicienda magis:
Mancipium te fecit Amor, te vendidit idem,
Vt fieres Chriſti verus Amantis amans;
Illum orbis famulum, te vidit barbara tellus,
O'validum ſemper pectus ad arma Dei:
Tranſijt vndiſonis tempeſtas concita nimbis,
Præteriere vndæ, præteriere Noti;
Surge, age, te populus crebro tuus ore repoſcit,
Indigus eloquium poſtulat ille tuum.
Expediam paucis, ſeriem tu percipe rerum,
Quam tibi cœleſtis monſtrat ab arce Pater;
Cui ſeruis, Dominus, te mox detexerit, atque
Iuſſerit ad priſcos te remeare lares;
Et Nolanorum duces erepta catenis
Agmina poſcenti, quæ tibi tradet herus;
Nola triumphantem excipiet, Ciueſq; redēptos,
Euentus manet hæc meſſis opima tuos;
Sic fortunatos ſemper tranſegeris annos,
Æternum donec Numen ad aſtra vocet;
Sic ait, & rapidus ſugit ſuper æthera, liquit
Et me mirantem blanda ſopore quies;
Præmonſtrat Deus hæc, rerum cariſſime, ſanctis
Cuius ab arbitrijs vita trahenda mihi;
Ille meæ mentis lentas moderatur habenas,
Ille regit curas, & mea facta regit;
Tu tibi delicias habeas, quas Roma miniſtrat,
Omne bonum Deus eſt, eſt mihi vita Deus:
Dextera plura negat ſcribēdo laſſa; quid vrges?
Sum ſeruus, Dominus me vocat. Ergo vale.

PE-

PELAGIA NONNO EPISCOPO.

Argumentum.

Pelagia meretrix Alexandrina celeberrima Nonni Epiſcopi concionibus ad meliorem frugem conuerſa eidem ſcribit, ſacri Baptiſmatis fontem rogans.

Epiſtola VII.

DIſcipulo Chriſti nutu moderantis Olympum
Dæmonis has audet ſcribere ſerua notas
Luxuriæ indulſi meretrix celeberrima, blandæ,
Dum furit ætatis prima iuuenta meæ;
In me laxatis dominata licentia frænis,
Quæ non conceſſit tempora longa malis?
Cui peccare licet, peccat magis, ipſa poteſtas
Semina nequitiæ fertiliora facit.
Sugebam Nutricis adhuc dum parua mamillas
Oppreſſus letho eſt cum Genitrice Pater;
Sic duo, qui noſtræ rexiſſent fræna iuuentæ,
Ruperunt rapti fræna libidinibus;
Virgineus perijt candor creſcentibus annis,
Quique inerat noſtro fugit ab ore pudor;
Nullus erat, dictis qui caſtigaret acerbis
Peccantem, argueret qui mala, nullus erat,

Aſt aderant,plauſu,qui turpiter acta probarent,
Et celeri poterant ſubdere calcar equo ;
Sic ætas, ſic forma decens, ſic agmina amantū,
Iura pudicitiæ præripuere mihi.
Deperit illa ſemel, nec læſa reuertitur vnquā,
At ſcelerum vires roborat illa magis :
Sic, in vincla data ratione,tenaciter vltro
Me Stygiæ vinxit Dux violentus aquæ;
Nec fueram ſacro Baptiſmi fonte renata,
Talia riſerunt cæcus vterq; Parens ;
Impia lex dederat Genio indulſiſſe deorum ;
Pondere quæ librat faſque,nefaſq; pari.
Ah'quibus in tenebris traduxi tempora vitæ ?
Factorum haud puduit,facta referre pudet:
Paucis comprendam fœdis noctesque,dieſque,
Perdita delicijs,nequitiæque dedi ;
Donec ſenſa tuæ ſanctæ cœleſtia linguæ
Fregerunt rigido pectora clauſa gelu ;
Rupit Auernalem glaciem tuus ignis,amorque
Diuinis flammis imperioſus amor:
Vror,Iò,nouus æſtus agit,mentemq;,animāq;,
Transferor ad ſuperos incola facta choros;
Non toleranda tuli, ſtygijs raptata cateruis,
Cede meo tandem pectore turpis amor;
Aſſerui nam me cœlo, fugiq; catenas,
Necnon infrænes, impia corda,procos;
Vicimus, & fœdos pedibus calcamus amores,
Eſt ſatis ad palmam pœnituiſſe ſemel ;
Mæroris clypeū, verum eſt,poſt vulnera ſumo,
Sed qui ſanet, adeſt, vulnera noſtra, Deus;
Excipit ille ſuos natos, nec pereitus ira
Auerſa feras reſpuit aure preces ;
Obſcænas ſcelerum ſordes, culpaſq; nefandas
Noſcit, & ignoſcit tactus amore mei :

Si

Si quoties peccant homines mala puniat duſos,
Innumeros perdant tela triſulca reos,
Hæc à te didici cœleſtia verba tonante,
Hæc me veſanam reſtituere mihi;
Abſtulerant mentem pubes famularis Amantũ;
Nutibus illa meis officioſa nimis:
Heu tum mendaci facies fuit oblita fuco,
Et placuit ſtultis diſſimulata tamen:
Iuuit odoratos poſitu variare capillos,
Illuſtres gemmis iuuit habere manus.
Iuuit Orontæo crines perfundere rore,
Meque peregrinis vendere delicijs;
A Pelago ſumpſi nomen, nam ſemper Amantũ
Fluctiuagum pelagus nocte, dieque fui.
Oſtrinas geſſi veſtes, quas fæmina Coa
Pingit acu, auratas diuidit atque vias.
India quos torret Puerum non defuit agmen,
Atq; Ancillarum vix numeranda cohors:
Certarunt mihi ſelectos præbere colores,
Byblos puniceum, purpureumque Tyros;
Forte veneficijs fœdis ſcelerata peperci,
Vt mihi corda virûm crimine nexa forent?
Vt ſemper duraret Amor Medeidas herbas,
Et magicis moui mixta venena ſonis:
Abſtinui nec terrificis ſæuiſſima philtris,
Dum ſpernit faſtus ille, vel ille meos;
Et quos non potui forma illaqueare ſuperbos,
Blandior euici luſibus, atque iocis:
Sæuo alios iuuit tetricos vincire veneno,
Dum libet auratam ſollicitare lyram;
Qua Circes cecini flammas & Phyllidis ignes,
Dori tuas curas, & Galatea, tuas:
Tecta ſupercilio quoties mea verba remiſi,
Atque oculis tactis turpia ſigna dedi:

Ah

Ah quoties laſciua meo famiulata furori
Purpureas tetigi pollice vafra genas.
Artibus his male captus amas,& frigora noctis
Et potuit valido pectore ferre Notos.
Quin quoq; mortiferi tanta eſt inſania morbi,
Lætus erat ſæuis naufragus æquoribus:
Ante meas orta eſt creberrima rixa feneſtras,
Et rixas cædes multa ſecuta fuit.
Infamis tota interea male nominor Vrbe,
Iureque nequitiæ prædicor eſſe genus;
Tum calcatus honos,& ſpretę murmura famæ;
Nec mihi pallori dedecus illud erat.
Eſt furiata magis muliebris noſtra libido,
Neſcimus captæ mentis habere modum.
Rupimus ingenui cum fortia vincla pudoris,
Neſcimus ſtimulos frangere nequitiæ;
Frænentur citius Syrtes, & ſæua Malea
Exhibeat nautis littora tuta ſinu;
Quam quiſquā poſſit noſtros cōpeſcere curſus
Dum rabidos æſtus tetra libido vomit:
Addita luxuriæ quoq; ſunt Mareotica vina,
Vt flamma in flammis, ignis in igne foret;
Quas non fuderunt,matreſq;patreſq; querelas,
Dum plorant natos pignora cara ſuos?
Dira ſenum riſi lacrymas, iuuenumq; catenis
Fortius obſtrinxi mollia corda meis:
Augebantur opes, ſed opum male ſana libido
Maior erat, maior perniciosa ſitis
Pactoli non expleſſent me ſtagna rubentis,
Nec fortunati ripa beata Tagi.
Eois coma fulgebat radiata lapillis,
Ornabat digitos plurima gemma meos:
Nulla tamen mihi finis erat maiora petendi,
Hydrops excreſcit ſic tumefactus aquis.

Nec rabidá fugat ille ſitim, quia perſtat aquoſus
In venis languor, maxima cauſa mali. (p̄ſul,
Hæc memoro, hæc repeto lacrymás, sã&ctiſſime
Vt noſcas culpas, impia facta meas;
Quas ego ſi numeré ponti, numerentur arenę,
Et quot fœcundum grana papauer habet,
Autumni fructus; conuexi lumina cœli,
Gemmea pratorum ſidera vere nouo.
Si placuit peccaſſe, placet nunc crimina flere,
Penſabunt noxas flumina ſalſa meas;
Suſcipe lugentem, ſũmiſſam ſuſcipe ſontem,
Vulnera ſi fœtent, qui potes, affer opem;
Affer opẽ mihi, ſancte Pater, ſperatur Olymp',
Crimina plorantes excipit ille locus;
Conciliat cælo nocuos dolor intimus, Hoſtis
Quique fuit, proles naſcitur ille Dei;
Talis ego reddar ſacrati fontis ab vnda,
O' mihi fauſta dies, ò celebranda dies;
Me ſponſam fore dixiſti moderantis Olympũ,
Non noſtras tædas ſpreuerit ergo Deus?
Maximus ille Deus, nutu qui temperat aſtra
Aſt ego ſum tenuis puluis, & vmbra, nihil.
Chriſti dicar amans? tantum me diligit ille;
Quid moror, æthereo me iuuat igne mori;
Si turpis modò flãma meas populata medullas
Diuina melius nunc face tota cremet;
Experta ah' didici vires dominantis amoris,
Eſt exlex, vllum non habet ille modum.
Me docuit veſanus Amor perferre, Tonantis
Telo fixa ſacro non grauiora feram?
Illa necem tulerat culpis, dabit altera vitam,
Vitam manſuram tẽpus in omne mihi; (ſem?
Criminis innumeri men or ah quæ dãna recu-
Quo ſcelerum non me plurima cura trahet?

San-

Sancte Pater,lux alma mihi,quid ſete moratis?
Qualiacunque iube, nil trepidanter agam;
Forte ſubire velis rabidarum, tecta ferarum?
Montibus in ſummis vel latuiſſe feram?
Nil dubitem vitam ſaxo poſuiſſe Ceraunо,
Si iubeas,nullo mors ſit amara loco:
Vaſta pererrabo Lybiæ deſerta, nec ipſe
Vadentem Tygres me retinere queant:
Horribiles luſtrare iuuent ſtabula alta leonum
Syluas, quà quercus tolli t ad aſtra comas;
Incidam turpes fagorum in cortice Amores,
Incidam vitæ peſsima facta meæ;
Creſcetis fagi, quoque vos creſcetis Amores,
Et viuent vitæ facta dolenda meæ.
His addam ſeras lacrymas,ſcelerumq;dolores,
Diuinamque mihi prænituiſſe facem.
Si quis amās,nā forte me' ſub tegmine ab vm-
Allectus iaceat,crimina noſtra legat: (bra
Diſcat & obſcænas tandem deponere culpas,
Me commiſſorum pœnituiſſe videns:
Eia, age, ſancte Pater, pacato ſuſcipe vultu
Me ſontem, vt ſordes, fletibus ipſa lauem.
Queis cæptis nunquam deſiſtam gradia priſcæ
Quamuis Cumeæ ſecula Vatis agam.
Inſolito mea torquet amor præcordia motu,
Diuus Amor vo'uit mētē,animumq;meum:
Omnia pauperibus ſtatui donare, vocantis
Promptior vt Chriſti caſtra beata ſequar:
Montis Oliueti meditor ſanctiſſima Teſqua,
Quā Romāna docet noſtra Magiſtra viam,
Hæc mihi prēmōſtrat certæ monumēta ſalutis,
Temperat hæc fletus, hæc lacrymare iubet;
Hic finis;ſat ſuncta ſuo nam munere dextra eſt.
Dū vocat ad lacrymas lumina noſtra dolor.

THEODORA MONACHVS CONIVGI.

Argumentum.

Theodora Alexandrina adulterio patrato à coniuge in deſertum virili veſte induta aufugit, in Monachos aſcita, peccatum defleuit, deinde adulterij inſimulata, cœnobio expulſa, diu errauit per deſerta, at iterum recepta hanc moriens ſcribit.

Epiſtola VIII.

Mox moritura tibi mitto (cariſſime Coniux)
Quam fleſti toties has Theodora notas;
Illa tuos olim, quæ liqui ſponte, penates
Crimine fœdari contemerata tori.
Anno bis nono elapſo, quo tempore culpæ
Me iuuit flendo pænituiſſe meæ:
Ante oculos vtinam ſtaret ſcribentis imago;
Leniret ſenſus flebilis illa tuos;
Ex quo te fugi, ſeries triſtiſſima rerum
Vita fuit ſemper nocte, dieq; mihi:

Sic

Sic vixi lacrymis inter ſpelæa ferarum,
Nam ſcelus admiſſum fecerat eſſe feram;
Peſſima me ſuaſit mulier ſacra fœdera lecti
Lethali furto commaculare tui;
Pænitet; ah'potui vetitos explere furores,
Extemplo quos eſt pœna ſecuta comes:
Pœna dolor, mærorq; grauis, penetralia cæcæ
Excruciat mentis pœna luenda nece:
Tum mihi dixiſti, quid te Theodora perurit?
Quæ tua dilaniat pectora cura tenax?
Palleſcis facie, cultum quoq; deſpicis omnem,
Hirta coma eſt, gemmis non radiata manus:
Quid miſerā te ſtulta necas Theodora? ſalubris
Nil iuuat oſſa ſopor, nil iuuat ora cibus:
Indue ſepoſitas fulgenti murice veſtes,
Sume tuas gemmas, & mihi pecte comas,
Quot mihi dicta dabas tot erant lethalia cordi,
Vulnera, creſcebat maior & inde dolor:
Intus gliſcebant fæcundæ ſemina culpæ,
Nox inſomnis erat, deteriorq; dies:
Donec cæſa comam, cultumq; induta virilem
Aufugerem raptim teq;, tuaſq; domos;
Per loca plena feris gradior, qua ſemita nulla
Monſtrat iter, miſeræ dux amor vnus erat:
Sāctus amor, venerādus amor, cui ſpōte regēdā
Me dederam, ſenſus credideramq; meos:
Hoc duce Cænobiū tandē lacrymāſq; gemēſq;
Peruenio, ſpinis quà loca ſola rigent;
Vndique deſertum, nihil hic niſi cardu' horret,
Sibilat hic ſerpens, ſæua leæna rugit;
Tigrides huc, illuc errant, timor vndiq; mortis,
Nec me terrebant, noxia monſtra, feræ;
Optabam diro laniari dente leonum,
Nam mecū; ſcelus hæc maxima pœna luet;

Quid timeam Tygres? in tædas Coniugis ipſa
Sæua fui Tygris, ſæua leæna fui.
Cænobij Rector me flentem ſuſcipit, inde
Atquè hortos curæ præcipit eſſe mihi.
Vult tamen aſſiduè me ſacris ritibus eſſe
Præſentem, ſubitò quod iubet ille probo;
Tum raſtris dextram longiſq; ligonibus, armo,
Atque obduratum rumpere diſco ſolum.
Me iuuat apricis plantas defigere in hortis,
Me iuuat immundæ cura fidelis haræ.
Ah quoties aruum dum fœdo puluere dito,
Et putreſcentem iacto per arua fimum,
Ante Deū magis, ah'fæ:ent, mea crimina, dixi,
Crimina adulterij pernitioſa mei;
O oculi, læſum lacrymis penſate pudorem,
Salſaq; commiſſas abluat vnda notas:
Nulla det hora mihi requiē, nec terminus vllus
Sit flendi, lacrymæ nocte, dieque fluant;
Extenuent modica corpus ieiunia menſa,
Menſa ſit herba mihi, potus & vnda meus.
Sic tandem Coniux parcat, ſic Rector Olympi
Porrigat optatam commiſeratus opem,
Talia dum perago: patriam petijſſe Camelo
Imperor optatos, portet vt inde cibos:
Sæpius hoc iterans Vrbis propè grandia noſtræ
Mœnia te reperi (quod meminiſſe potes)
Auſa loqui tecū quoq; ſum nō pauca gemēte,
Triſtis eras vultu, pectore triſtis eras: (ne,
Tolle oculos, Theodora adſū, mea lumina cer-
Si tu cæcus amans, eſt quoq; cæcus Amor,
Agnoui, dilecte, tuas non agnita curas,
Et redij ad luctus irrequieta meos, (dens,
Mēbra fame exagito, Veneris ſic damna repen-
Sexta quaque die vix dape membra leuo,

Luxurioſus amor gaudet menſaq; , meroque,
Vtraque tolle, fugit luxurioſus amor:
Non procul interea ſacratis ædibus ingens
Vicinos omnes, ò Crocodille, necas:
Cœnobij Rector lymphas haurire palude
Me iubet, accurro, nec timor inde trahit;
Horribili apprẽdor mõſtro, ꝓcul aſpicit omnis
Turba meam multo fixa timore necem;
Attrahor in lymphã, nec lympha terreor, vltrò
Ad ripam incolumen ſquameus anguis agit,
Freta Deo dictis ſerpentem vulnero, diro,
Quo dederit letho corpora multa virùm,
Iurgia demiſſum linguæ ſenſiſſe putares,
Vſque adeo verbis ſaxeus ille fuit:
Mirabar tacitum, media reuolutus arena
Cum ſubito ante oculos mortuus ecce iacet
Ilia diſruptus iacuit, ſonat vndiq; plauſus,
Et grates reddit plurima turba Deo:
Res maior reſtabat adhuc, toleranda libenter,
Qui viuit cœlo multa tacendo ferat;
Oppreſſiſſe feror ſtimulata cupidine turpi
In vili; quandam, peierat illa, caſà;
Peierat, atque parit nonæ poſt cornua lunæ
Dicitur & proles filius eſſe meus;
Fœmina ſic Pater eſt; ſacras defertur ad ædes
Natus, quid? cunctis fit Theodora nocens;
Quid faciam? ſileo ne fœmina detegar, vna
Hac inſons poteram noſcier eſſe via:
Cœnobio eijciar ſacro ſi fœmina noſcar:
Eijciar falſo crimine, ferre volo;
Ferre volo, Chriſto vt placeã, quo dirigor vno
Conticuit Chriſtus, me tacuiſſe iuuet;
Ergo inſtant, ſcelus obijciunt, traduntq; tacẽtẽ
Increpat hic verbis, increpat ille minis;

Ferre iubent mecum puerum, taceoq; feroque,
Exiilum imponunt, exul, inopſque vagor;
Vnus qui noſtri cernit Deus intima cordis
Solus vtrumque reget, viuere vtriq; dabit;
Hæc proles mea ſit, nā nuper nata Tonanti eſt,
Dum ſacro vitæ fonte redempta fuit;
Cur ego cōtēnā, quē lauit ſanguine Chriſtus?
Nate tibi Genitor, me duce, Chriſtus erit;
Pignore cum caro, mærens deſerta peterro,
Aſſueuiſſe feris, me facit eſſe feram;
Munera ſi donant Paſtores, munera lactis
Me paſcunt, natum munera lactis alunt:
Nocturnam præbent requiem ſpelæa ferarum,
Atra ſuos feſſis ſæpe cauerna ſinus:
Lugentes fouet ipſe Deus, miſeroſque tuetur?
Inſonteſq; manu promptus vbiq; leuat,
Mitigat ille feras, ſerpentes comprimit idem,
Vt pertractanti non nocuiſſe queant;
Sic pupus Tygres mulcet, rabidaſq; leænas,
Nec rumidos angues dextra tenella timet:
Dum vagor huc illuc brutorum more, notamq;
Semper adulterij nocte, dieq; gemo,
Septima venit hyems annis voluentibus, in qua
In me laxauit lurida monſtra Deus,
Dæmones vnanimes currūt, cæduntq; nocētē,
Squameus horrendum hic ſibilat, ille tonat;
Sulphureas vomit hic tetra caligine flammas,
Sylua repercuſſis ictibus alta gemit:
Cædite Tartarei me ſontem, cædite fratres,
Immenſum tenui corpore robur ineſt:
Permittit Deus hoc vobis, Deus vnicus ardor,
Ille meum eſt robur, præſidiumq; meum:
Innumeris plagis plagas ſuperaddite, totus
Nam pro me Chriſtus plaga, cruorq; fuit:

Cor-

Corporis hæc,animi ſanabunt vulnera; ad aſtra
Diuorum monſtrat ſanguis vbique viam;
Talia paſſa diu fueram, cum Rector amicum
Cœnobij præbet commiſeratus opem;
Aſpicit hic artus hirſuta pelle rigentes,
Membraq; deformi ſquallida facta ſitu;
Langueſcunt oculi, cutis eſt pice nigrior, atris
Eſt facies ſetis horrida, tota pilus;
Si talem me vidiſſes cariſſime Coniux,
Dixiſſes hæc eſt Coniugis vmbra meæ;
Excipit,atq; iubet,nunquã me linquere cellam,
Et Puerum cella delituiſſe iubet:
Flexa genu grates refero, claudorq; nitentis
Quo Solis poſſit vix penetrare iubar;
Hæc mihi curarum portus,mihi dulce leuamẽ,
Hæc viſa in terris terra beata mihi:
Hic docui natũ Chriſti ſacra dogmata,laudeſq;
Illius blæſis concinuiſſe ſonis:
Inſumpſi hic cœlo aſſiduas nocteſque, dieſq;
Dum mihi menſa Deus,dũ ſopor ipſe Deus.
Cum noſtri Rector cœtus, diſcedere cella
Imperat, vt putei lympha miniſtret opem.
Aruerant vaſtæ fontes regionis, vbique
Nullus erat riuus, plurima vbique ſitis:
Ad fontẽ propero,nec fõs mihi denegat vndas,
Vndas optatas non negat immò Deus;
Plura velim,aſt vrgent ſupremæ tempora vitæ,
Maxima quæ reſtant gaudia vtriq; ferant.
Mortua mox noſcar tua Coniux, veneris ipſe
Quæque mihi nunc eſt cella, futura tua eſt;
Quiq;meus puer eſt habitus,te pone ſequetur,
Atque tribus cœlum cellula ſola dabit:
Aliger hæc rata prædixit mihi miſſus Olympo,
Vos præeo, Coniux ſemper amande vale.

Nate vale, natum Chriſti dulciſſimus ardor
Te mihi conſtituit, paruule nate vale;
Chare marite vale , tua te Theodora relinquit,
At Superos inter te manet illa Choros.



IN LAVDEM BEATI SALVATORIS Laici Fratris de Minor. S. Franciſci.

Ad Illuſtriſſimum
LVDOVICVM SIGNIVM
Eq uitem S. Iacobi de Spata.
Ποθεινὸν ὄμμα ὁμιλίας.

TE quoque Diue canam Superorum gloria Diue
SALVATOR: voti compos quod carmen ad aras
Ante tuas ſiſto pacato ſuſcipe vultu;
Te Duce ſeruatus peſtis furialibus auſis
Soluo fidem: noſcant venturæ ſecula gentis
Te mortis non frænandos frænaſſe furores,
Atq; tuum Vatem conſeruauiſſe cadentem:
Innumeras Pietas cœlo gratiſſima clades
Sæpe gemens fuerat ſecum miſerata ferebant
Quas hominũ cõmiſſa graues; cũ Rector olym
Lumine quo rabiem tẽpeſtateſq; profundi (pi
Compeſcit gemitus vidit, nec diſtulit vltrò
Ferre aliquid feſtinati ſolaminis ægræ:
Nec mora: ab hiſpanis prodire ad luminis auras
Æthereas regnis puerum quà voluitur ebrus,
Quàq; vetus iactat meritos Catalaunia ſaltus:

Iuſſit & à pago cui nomen ſancta Columba
Præſcia candoris, quem traxit ab vbere Diuus:
Horta loc⁹minor hinc;vilis quē turba frequētat
Paſcere ſueta boues, & agreſti viuere cultu,
Ortus vbi vulgò Saluator dictus ab Horta:
Creta Iouis priſci mendaces iactet Sorores,
Cantatoſq; ſuos Geminos erratica Delos,
Sol Deus auricomis ornat ſplendoribus ornos
Siluarūq; humiles frutices: ſunt omnia cœlum
Vilia quærenti;SALVATOR deſuper hauſit,
Arripuitq; Infans ſuperi commercia mundi:
Demiſſoſq; animos callis cum moribus altè
Calluit ante diem: necnon ſibi cognitus vni
Ignotuſq; alijs, cœlo notiſſimus egit
Luſtra ſibi quatuor ſenſus flagriſq; fameq;
Illecebraſq;faceſq;domās frendente Barathro:
Ipſe ſui victor debellatiſq; Iuuentæ (clis
Dæmonis & ſtimulis ſtatuit ſe obſtringere vin
FRAnciſci Ducis & rerum per ſtrenua quæq;
Difficileſq; per anfractus calleſq; potenter,
Conſpicuus meritis ad patria ſidera niti:
Fit voti reus: & maior ſitis inde fruendi
Cælicolum dapibus creuit: nocteſq; dieſq;
Vidiſſes illum ſatagentem, & propria ſæuis
Membra cruentantem flagris, validaq;mouētē
Bella Erebo dextra deludentemq; furores:
Vilibus apta manus,dū mens erat intima cęlo,
Apta parare cibos terramq; ligone domare
Delicias Superum culto meditatur in horto,
Et coquus Eumenidū rabiē meditatur ad ignē
Sontibus expertam ſcelerū: viliſſima quamuis
Tecta nitent Saluatori polus;agmina mille
Aligerū ante oculos errant; queis munia tradit
Demandata ſibi: ſunt clari fercula teſtes,

Regi-

Regificæq; dapes ſaliari more paratæ,
Dum Diuus procul in templo vibrante flagello
Fuſus humi noctis conſuetas prorogat horas,
Exundante ſolo lacrymis & ſanguinis imbre,
Prætereo quo digna fuit Tortola triumphos:
Prima admirari; nam mons aſperrimus Hortæ
Hortæ Diuiparæ fulgentis Imagine claris
Tot nituit ſignis, quot cœlo ſidera lucent,
Quotq; ſuperbit humus gemis dũ Flora renidet
Hic diuinus amans cæleſti totus ab igne
Abſumptus pedibus nudus per ſaxa geluq;
Duratamq; ſolo glaciem bacchantibns Euris
Deſpecta Boreæ rabie noctuque diuq;
Accelerabat iter quà munia ſueta vocabant.
Non vllum ſtratum ſomno, non angulus vllus
Traditur ad requiem ſolitotraducere noctes
In templo ante aras: hic nunquã laſſus olympi
Cum Superis,cumq;ipſe Deo Matriq; Parente
Colloquia indeſeſſus habet diuinitus illum
Ah quoties toto vidiſſes corpore raptum;
Hic haurit quæ nulla poteſt expromere lingua,
Hic ventura palam cernit quæ pandat in orbe;
Hinc animos hominũ ſcrutari,atq;intima queq;
Ante oculos legere,& venien tũ neſcere curas:
Dulcibus & ſcelerum noxas reprendere dictis
Nil Proceres falſa valuit ſub veſte latentes
Inter egenorum turbam vilem q; popellum
Tectius vt ſcrutarentur miracula Diui
Se texiſſe ſibi, detecti grandia facta
Sponte fatebantur,truncos,vel võtre tumẽtes,
Auribus atq; oculis captos,animaſq; trahentes
Vix miſeras Saluatoris tactuue ſonoue
Protinus ad patrias oras remeaſſe, tholiſq;
Suſpendiſſe ſacris ſeclis monumenta futuris
Ir-

Infectas tabo exuuias baculoſq; roſaſq;
Linaq; ſanguineas ſtrictim cingentia pelles:
Quid memorē liquidas duris e cautibus vndas
Extraxiſſe Crucis ſigno? quas quiſq; viator
Potat adhuc, adhibetq; ſuis medicamina mor-
Ygiæ mons ille fuit, mons ille ſalutis: (bis?
Vndiq; portantur vel raptant vndiq; ſeſe
Corpora languentū: cunctis via trita pateſcit,
Omnibus vna ſalus Diuus: bis millia ſena
Omnigenis curata malis fert fama Virorum,
Fama per innumeros veri certiſſima teſtis:
Omnia ſunt Mariæ laudes, præconia magni
Omnia ſunt Saluatoris, rupeſq; nemuſq;
Vocibus implentur fauſtis, clamoribus æthra
Læta ſonat, reboantq; ſacri faſtigia montis:
Vrbs Caralis cur Sardoo celeberrima ponto
Quā mediū mare fit port⁹ mea carmina poſcis?
Contulit hùc tandem ſe Diuus: marmoris atros
Poſt fluctus domitos tempeſtateſq; furentes,
Et Barathri debellatas acieſq; Duceſq;
Hic Cereris ſunt dona roſæ, primamq; figuram
Aſſumunt iterum, putrefactaq; corpora viuunt
Legibus effractis naturæ: proxima regna
Sardiniæ accurrunt, admiranturq; verendi
Monſtra viri, & rerum miracula mille loqūtur;
Mille videt, credūtq; oculis, manibuſq; retractāt
Hic Gallus potor Rhodani flauæq; Garunnæ,
Quiq; colit ligerim perſoluit vota, preceſq;,
Cātaber hic fundit, nec pallidus Aſtur oberrat;
Totaq; longinquis audax Hiſpania terris
Certa ſalutis iter peragit: Pactolus & Hermus,
Hùc gazas vectant; nec longo diſſita tractu
Conatus forteſq; animos via tardāt Amantum.
Hic corpus Saluatoris ſplendente ſacello,

Cor-

Corpus Hydaſpæis gemmis gazaq; ſuperba
Seruatur ſanie nullaq; putredine læſum;
Vndiq; & Aſſyrij è membris afflantur odores,
Quos diuinus amor largitur diuite dextra,
Et ſuper effundit cæleſtia munera buſtum:
Ergo tibi ſi quiſq; offert Saluator ad aras
Quæ potis eſt, nec contẽnis quæ dantur, amicè
Excipe dona tui Vatis teſtantia ſacros
Pectoris ardcres, nec non poſt vltima vitæ
Tẽpora me precibus feruentibus aſſere Cœlo.

DE

DE BEATO FELICE Laico Cappuccino Votiuum Carmen.

Perill. Gaſparo Bombacio Hiſtorico Bononienſi.

Αρτμός ὁμοφρεσυώνς.

Votiuum ſiſto ſolemnes carmen ad aras
O' Felix iterum Felix, ò terque quaterque
Verſibus extollende meis, ſi viuere Muſæ
Poſſe, velim, dabitur, quæ tutta perãbulat inter
Littoris exiguos fines, metuenſq; procellæ
Serpit humi: tenues olim cantuſq; recordor
Te ceciniſſe rudes, tibi quos Diuinitus vltrò
Æthereus dictabat Amor: non turgida faſtu
Carmina Pieridum, ſed Diuum nectare plena
Cœlicolæ excipiunt toto plaudente Theatro.
Ergo tuos liceat carptim libare triumphos
Eximiaſq; animi dotes, exiſtat & ordo
Exlex omninò; Sanctes te protulit orbi
Cum Sancta genitrice tua, prodiret ad auras
Vt ſanctus Superas; Patriæ ſic cenſuit omnis
Ora tuæ circum meſſis præſaga futuræ;
Sic iam ſplendentes roſeo mõſtrarat ab axe
Præſcia venturæ lucis Palantias ignes

Cum

Cum Felix certo ſignans veſtigia paſſu
Iam puer ad lucos montanaq; ſaxa paterno
Duxiſſe admonitu pecudes, vel noctis invmbra
Ruricolas ſeruaſſe boues certiſſima fama eſt:
O quoties (omnis Dio locus aptus amanti)
Stellarum hic circum cœtu dũ Luna rubebat,
Claraq; diuinos ſpirabant ſidera ſenſus
Solus amãs pnerilis amãs ſub tegmine quercus
Frondentis ſolers, quà parte inciderat alte
Ille Crucis ſignũ & pendẽtẽ in ſtipite Chriſtũ
Sidereo cuius flagrabant viſcera amore,
Hic inquam tormenta ſui Dominiq; Deiq;
Fuſus humi cernens rapta ſuper æthera mente
Talia prorupit feruenti pectore dicta.
Dulcis amas mihi dulcis amãs, te iuuit Amoris
Impulſum ſtimulis ſacrato ſanguinis imbre
Et reſeraſſe polum, & ditis clauſiſſe cauernas?
Mors tua vita mihi; cur inſons mortuus? atræ
Dede neci ſontem, mortis qui cauſa; cruenta
Cur tibi ſerta? alapæ, claui, plantæq; manuſq;
Affixæ? totus riuus cur ſanguinis vndas?
Nec morior terris inuiſus? rumpere pectus.
Vita vola, tua vita obijt ſanctiſſima, turpe
In lacrymas cor abi, ſaltẽ pro ſanguine Amãti
Flumina fundantur fletus: ò Clauſtra beata
CAPPVCCInorum votis aptiſſima noſtris,
Vos mihi quis tribuat miſeræ ſolamina mentis?
Vos adeo, vos clauſtra voco, vos ardeo clauſtra
His flammis arcto ſtatuit veſtigia calle
Franciſci colere, atq; armenta relinquere ſueta.
Et voti compos quæ non Ieiunia, quæ non
In veneris tuli t arma faces? noctuq; diuque
Pugnauit, victorq; fuit, fera Tartara claro.
Sub pede compreſſit, lauro gaudebat olympu

Lu-

Lugebat Barathrum phlegethōtæq;Caterua:
Pectoris ardentes æſtus quis carmine pandat
Atherea ſemper Diuus quos luce fouebat?
Æthna fuit pectus nunquam ceſſantis Amoris,
Tale ferunt Iacopone tuum flagraſſe, vel olim
Tale Columbini, Romæ fuit area parua,
Hùc illùc diſcurrebat per clauſtra domoſque
Præſentem laturus opem; nec lingua,nec ipſa
Omnib⁹ apta manus deerat,quocūq;vocaſsēt;
Tela neci ſtringebantur per ſtrata viarum,
Hic furor,hic rabies;mars vndiq;cōcitat arma
En medius Felix gladios ruit inter & haſtas,
Voce tonat Ieſumq; vocat, Ieſumq; frequētat,
Atq;iterare iub et(dictu mirabile)dextris
Ignea tela cadunt, ponuntq; ferocia iunctim
Corda volente Deo,& pro plagis oſcula figūt,
Oſcula compoſitæ certiſſima pignora pacis.
Quid memorem pulſas debellataſq;cateruas
Tartareas latè toto frendente Barathro
Dum Bacchi ſtygij luſus celebrantur in vrbe?
Quid coner male diducto comprendere verſu
Dulcia quæ toties percepit gaudia Cæli,
Gaudia ſidereas cordis ſuperantia flammas?
Cætera mitto; puer Chriſtus cum luſit in vlnis
Illius à ſacra donatus Virgine Matre
Quā Muſam non exuperet? quæ carmina factū
Digna ſatis referant? ò Felix, arbiter ille
Ille ſuo nutu qui vaſtum territat orbem,
Pennatumq; genus Superū moderatur & vnus
Ille inter luſit tua brachia? fige tenello
Oſcula mille,iterū fige oſcula, verba relinque,
In teneras abeant lacrymas præcordia,tandem
Ah'morere & Felix morieris;q.d oquor amēs?
Non potis ille mori vitā qui amplectitur; vltro
Viue

Viue igitur, puerũq; foue, nec tempora perde;
Aſpice vt amplexus mellitim præbeat, vtq;
Fulgidulos oculos diuino nectare plenos
In te conuertat, te quæritet, ardeat, optet,
Lude inter ludus, arridet luſibus ille,
Inſerit ille iocos; eſt pupulus, inſere dulces
Tu quoq; ritè iocos: ſatis ah'; iam redde Parẽti
Redde volẽs Natum; illa ſui petit oſcula Nati,
Natus & ardentis petit oſcula mutua Matris.
Præterea cui non notum momenta futuræ
Cognouiſſe ſuæ mortis? ſcit Podius Arcam
A quo marmoream petijt, nec reſtitit ille
Componendus vbi fuerat poſt funera Felix.
Iam moriturus erat, cum Virgo præbuit illi
Seſe cernendam ante oculos, clarèq; videndã:
Excepitq; vlnis animam, cœloq; locauit.
Cætera conticeo maiori digna Camœna,
Et quamuis inſpecta meis (me Roma tenebat)
Luminibus fuerint, meritò Manzine relinquo
Commemoranda tuo gemmato flore loquẽdi;
Tu cæptis inſiſte volens, & ad æthera tolle
Quæ ſeruanda cedro dederis ſeruãda cupreſſo.

NAZ ... EMANUELE

EX LIBRO PRIMO de Arte Amandi Deum

Nonnulla ad Iuuentutis vtilitatem Collecta.

PRopoſitio totius operis, & diuiſio in tres partes p. 10. Armat Dei amantem p. 11. Ducit illũ per admiranda Dei opera ad amorem. Deus creat lucem p. 13. Arbores 13. Ver & adiuncta deſcribuntur 13. 14. Aeſtas Autumnus 15. Hyems 16. Hiſtoria Diui Martini cum paupere 17. Imagines Cæli 48 p. 19. 20. 21. piſces 21. Volucres 22. 23. 24. Animalia 24. 25. 26. Panthera & laudes patriæ 27. Gemmæ 28. Anima & eius facultates p. 30. Anima immortalis p. 31. Quid ſit fatum. 32 de ventis p. 33 Gratia Dei p. 34 Angelus Cuſtos vnicuique datus p. 35. Eius officia & laudes vſque ad finem libri p. 36. 37.

EX LIBRO SECVNDO.

SAcri concionatores audiendi p 38. Libri patrum legendi p. 39. Deus factus eſt homo p. 40. Adoleſcit p. 41 miracula ibidem. paſſio mors 42 43. Reſurrectio p 44. Ad Cęlum p. 45. Se ipſum relinquit Amanti in S. Euchariſtia 46. Virtutes S. Sacramenti 47. 48. Præcepta Dei p. 51. Lethalia peccata fugienda 52 Occaſiones peccati fugiendæ 53 Propria voluntas Deo dicanda 55. Decem præcepta

57. Exempla Martyrum 60. 61. Mater diuini Amoris Colenda 63. 64. Donat ſancto Franciſco ſuum filium 65. 66 Digreſſio & Canticum ſancti Franciſci vſque ad finem libri.

EX TERTIO LIBRO.

TRiumphus Diuini Amoris p 71 72. pax animi, & conſcientiæ 74 Mens Amantis Paradiſum Contenpletur p. 75. theatrũ Chriſti 76 Templum Virginis in Paradiſo p 77. Prauæ conſcientiæ morſus 78. 79 Meditabitur inferos 79 80. res aduerſæ ſunt vtiles 81. 82 83. Otia fugienda 84 Opera Miſericordiæ p 84. Meditatio vtiliſſima 85. Vita hominis nihil 86. Diuæ Magdalena Chriſtũ quærit 87. Apparitio D uini Amoris 88. Eius præcepta 89. Pater Confeſſarius 90 Libelli obſcœni fugiendi 91, Totum ſe tradat Deo 91 Exempla ſanctorum, blanditiæ mulierũ vitandæ 94 Iudicij dies animo reuoluendus 95. precatio Illuminati ad Deum 99. Vt longo tempore duret amor, Amans maceret ſe ieiunijs, & verberibus precatio p. 102.

NOTÆ EX PRIMO LIBRO de Arte Amandi Virginis.

DEſcriptio peſtis p 110. Puritas Virginis imitanda 114. Concio patris Æterni p. 112. Virgo ſine peccato originali concepta p 113. Dauidis Cantio 114. 15. Tempeſtatis deſcriptio p. 118. 126. Virginis Pulchritudo, & partes frontem, oculos, labra, &c 121. 22. potentia Virginis 124. Miracula Sanctiſs. Virginis 138. Damaſceni Canticum cum Carmine Intercalari 136. 137. 138. vſq; ad finem libri.

EX LIBRO SECVNDO NOTÆ.

SImilitudo morum parit amorẽ p. 144. fides Virginis inuicta ſemper 145. Virginitas eius imitanda & multa de virginitate 147. 148. 149. Humilitas 150. De fiducia in virgine 151 Pœnitentia & eius effecta 155 Oratio vocalis, & mentalis 156. Gulæ vitium fugiendum choreæ 157. Ludi cauſa irarum & hic de Virgine à ſaxo 158. Conuiuia fugiat vbi omnia venerea 159. Otia vitanda 160. 161, Pietatis officia 163 164. Talis pater Carolus Manſius 166 Effigiem Virginis ſecum ferat 169. Vilendæ imagines per totum orbem terrarum 169. 170. Munuſculis donãda Virgo 171. 172 Miſteria Roſarij 173. Aſſumptio Virginis in Cælum 175 Gabrielis Cantus 177. vſq; ad finem libri.

EX LIBRO TERTIO NOTÆ.

HOnor Deiparæ Virginis per omnes orbis terrarum partes colitur;per Europam, Aſiam,&c 180.181.182.Imperium Virginis 182 183 Chriſtus reliquit ſe ſub ſacramento Euchariſtiæ, 184. 185 Quid ſit peccatum 187.Concio Demonis venenata p.188.Quid ſit vita humana. 189. 190. Dies Iudicij deſcribitur 192. 193. Fugiat aſſentatores 200. Sanctus Bernardus apparet 200 201. totus Mariæ obſequio deditus Catenam gerat. 208 Cum ea ſoliloquiũ p.209.Sanctus Bernardus Cælum repetit 210.Amans Virginis mortis periculum ſemper meditetur 211. Auxilium Virginis 212.ſignum Crucis quid poſſit 213. Librum Claudit Amantis precatio pathetica & poetæ ad Virginem gratiarum actio.

Infectas tabo exuuias baculoſq; roſaſq;
Linaq; ſanguineas ſtrictim cingentia pelles:
Quid memorē liquidas duris e cautibus vndas
Extraxiſſe Crucis ſigno? quas quiſq; viator
Potat adhuc, adhibetq; ſuis medicamina mor-
Ygiæ mons ille fuit, mons ille ſalutis: (bis?
Vndiq; portantur vel raptant vndiq; ſeſe
Corpora languentū: cunctis via trita pateſcit,
Omnibus vna ſalus Diuus: bis millia ſena
Omnigenis curata malis fert fama Virorum,
Fama per innumeros veri certiſſima teſtis:
Omnia ſunt Mariæ laudes, præconia magni
Omnia ſunt Saluatoris, rupeſq; nemuſq;
Vocibus implentur fauſtis, clamoribus æthra
Læta ſonat, reboantq; ſacri faſtigia montis:
Vrbs Caralis cur Sardoo celeberrima ponto
Quà mediū mare ſit port⁹ mea carmina poſcis?
Contulit hùc tandem ſe Diuus: marmoris atros
Poſt fluctus domitos tempeſtateſq; furentes,
Et Barathri debellatas acieſq; Duceſq;
Hic Cereris ſunt dona roſæ, primamq; figuram
Aſſumunt iterum, putrefactaq; corpora viuunt
Legibus effractis naturæ: proxima regna
Sardiniæ accurrunt, admiranturq; verendi
Monſtra viri, & rerum miracula mille loqūtur;
Mille vidēt, credūtq; oculis, manibuſq; retractāt
Hic Gallus potor Rhodani flauæq; Garunnæ,
Quiq; colit ligerim perſoluit vota, preceſq;,
Cātaber hic fundit, nec pallidus Aſtur oberrat;
Totaq; longinquis audax Hiſpania terris
Certa ſalutis iter peragit: Pactolus & Hermus,
Hùc gazas vectant; nec longo diſſita tractu
Co..atus forteſq; animos via tardāt Amantum.
Hic corpus Saluatoris ſplendente ſacello,
Cor-

Corpus Hydaſpæis gemmis gazaq; ſuperba
Seruatur ſanie nullaq; putredine læſum;
Vndiq; & Aſſyrij è membris afflantur odores,
Quos diuinus amor largitur diuite dextra,
Et ſuper effundit cæleſtia munera buſtum:
Ergo tibi ſi quiſq; offert Saluator ad aras
Quæ potis eſt, nec contēnis quæ dantur, amicè
Excipe dona tui Vatis teſtantia ſacros
Pectoris ardores, nec non poſt vltima vitæ
Tēpora me precibus feruentibus aſſere Cœlo.

DE

DE BEATO FELICE Laico Cappuccino Votiuum Carmen.

Perill. Gaſparo Bombacio Hiſtorico Bononienſi.

Αρτμός ὁμοφρεσιώνς.

VOtiuum ſiſto ſolemnes carmen ad aras
O' Felix iterum Felix, ò terque quaterque
Verſibus extollende meis, ſi viuere Muſæ
Poſſe,velim,dabitur, quæ tutta perãbulat inter
Littoris exiguos fines, metuenſq; procellæ
Serpit humi: tenues olim cantuſq; recordor
Te ceciniſſe rudes, tibi quos Diuinitus vltrò
Æthereus dictabat Amor: non turgida faſtu
Carmina Pieridum, ſed Diuum nectare plena
Cœlicolæ excipiunt toto plaudenze Theatro.
Ergo tuos liceat carptim libare triumphos
Eximiaſq; animi dotes, exiſtat & ordo
Exlex omninò;Sanctes te protulit orbi
Cum Sancta genitrice tua, prodiret ad auras
Vt ſanctus Superas;Patriæ ſic cenſuit omnis
Ora tuæ circum meſſis præſaga futuræ;
Sic iam ſplendentes roſeo mõſtrarat ab axe
Præſcia venturæ lucis Palantias ignes

Cum

Cum Felix certo ſignans veſtigia paſſu
Iam puer ad lucos montanaq; ſaxa paterno
Duxiſſe admonitu pecudes,vel noctis invmbra
Ruricolas ſeruaſſe boues certiſſima fama eſt:
O'quoties (omnis Dio locus aptus amanti)
Stellarum hic circum cœtu dũ Luna rubebat,
Claraq; diuinos ſpirabant ſidera ſenſus
Solus amãs pnerilis amãs ſub tegmine quercus
Frondentis ſolers, quà parte inciderat alte
Ille Crucis ſignũ & pendẽtẽ in ſtipite Chriſtũ
Sidereo cuius flagrabant viſcera amore,
Hic inquam tormenta ſui Dominiq; Deiq;
Fuſus humi cernens rapta ſuper æthera mente
Talia prorupit feruenti pectore dicta.
Dulcis amas mihi dulcis amãs,te iuuit Amoris
Impulſum ſtimulis ſacrato ſanguinis imbre
Et reſeraſſe polum, & ditis clauſiſſe cauernas?
Mors tua vita mihi; cur inſons mortuus? atræ
Dede neci ſontem, mortis qui cauſa; cruenta
Cur tibi ſerta? alapæ, claui, plantæq; manuſq;
Affixæ? totus riuus cur ſanguinis vndas?
Nec morior terris inuiſus? rumpere pectus.
Vita vola, tua vita obijt ſanctiſſima, turpe
In lacrymas cor abi, ſaltẽ pro ſanguine Amãti
Flumina fundantur fletus: ò Clauſtra beata
CAPPVCCINorum votis aptiſſima noſtris,
Vos mihi quis tribuat miſeræ ſolamina mentis?
Vos audeo,vos clauſtra voco,vos ardeo clauſtra
His flammis arcto ſtatnit veſtigia calle
Franciſci colere,atq;armenta relinquere ſueta.
Et voti compos quæ non Ieiunia, quæ non
In veneris tuli t arma faces? noctuq; diuque
Pugnauit, victorq; fuit,fera Tartara claro.
Sub pede compreſſit,lauro gaudebat olympu

Lu-

Lugebat Barathrum phlegethõtæq;Cateruę:
Pectoris ardentes æſtus quis carmine pandat
Atherea ſemper Diuus quos luce fouebat?
Æthna fuit pectus nunquam ceſſantis Amoris,
Tale ferunt Iacopone tuum flagraſſe, vel olim
Tale Columbini, Romæ fuit area parua,
Hùc illùc diſcurrebat per clauſtra domoſque
Præſentem laturus opem; nec lingua, nec ipſa
Omnib' apta manus deerat, quocũq; vocaſsēt;
Tela neci ſtringebantur per ſtrata viarum,
Hîc furor, hîc rabies; mars vndiq; cõcitat arma
En medius Felix gladios ruit inter & haſtas,
Voce tonat Ieſumq; vocat, Ieſumq; frequẽtat,
Atq; iterare iub et (dictu mirabile) dextris
Ignea tela cadunt, ponuntq; ferocia iunctim
Corda volente Deo, & pro plagis oſcula figũt,
Oſcula compoſitæ certiſſima pignora pacis.
Quid memorem pulſas debellataſq; cateruas
Tartareas latè toto frendente Barathro
Dum Bacchi ſtygij luſus celebrantur in vrbe?
Quid coner male diducto comprendere verſu
Dulcia quæ toties percepit gaudia Cæli,
Gaudia ſidereas cordis ſuperantia flammas?
Cætera mitto; puer Chriſtus cum luſit in vlnis
Illius à ſacra donatus Virgine Matre
Quã Muſam non exuperet? quæ carmina factũ
Digna ſatis referant? ò Felix, arbiter ille
Ille ſuo nutu qui vaſtum territat orbem,
Pennatumq; genus Superũ moderatur & vnus
Ille interludit tua brachia? fige tenello
Oſcula mille, iterũ fige oſcula, verba relinque,
In teneras abeant lacrymas præcordia, tandem
Ah' morere & Felix morieris; q.d oquor amẽs?
Non potis ille mori vitã qui amplectitur; vltro

Viue

Viue igitur, puerũq; foue, nec tempora perde;
Aſpice vt amplexus mellitim præbeat, vtq;
Fulgidulos oculos diuino nectare plenos
In te conuertat, te quæritet, ardeat, optet,
Lude inter luſus, arridet luſibus ille,
Inſerit ille iocos; eſt pupulus, inſere dulces
Tu quoq; ritè iocos: ſatis ah'; iam redde Parēti
Redde volēs Natum; illa ſui petit oſcula Nati,
Natus & ardentis petit oſcula mutua Matris.
Præterea cui non notum momenta futuræ
Cognouiſſe ſuæ mortis? ſcit Podius Arcam
A quo marmoream petijt, nec reſtitit ille
Componendus vbi fuerat poſt funera Felix.
Iam moriturus erat, cum Virgo præbuit illi
Seſe cernendam ante oculos, clarèq; videndā:
Excepitq; vlnis animam, cœloq; locauit.
Cætera conticeo maiori digna Camœna,
Et quamuis inſpecta meis (me Roma tenebat)
Luminibus fuerint, meritò Manzine relinquo
Commemoranda tuo gemmato flore loquēdi;
Tu cæptis inſiſte volens, & ad æthera tolle
Quæ ſeruanda cedro dederis ſeruāda cupreſſo.

A NAZ ... EMANUELE

EX LIBRO PRIMO de Arte Amandi Deum

Nonnulla ad Iuuentutis vtilitatem Collecta.

PRopoſitio totius operis, & diuiſio in tres partes p 10. Armat Dei amantem p. 11. Ducit illũ per admiranda Dei opera ad amorem. Deus creat lucem p. 13. Arbores 13. Ver & adiuncta deſcribuntur 13. 14. Aeſtas Autumnus 15. Hyems 16. Hiſtoria Diui Martini cum paupere 17. Imagines Cæli 48 p. 19. 20. 21. piſces 21. Volucres 22. 23. 24. Animalia 24. 25. 26. Panthera & laudes patriæ 27. Gemmæ 28. Anima & eius facultates p. 30. Anima immortalis p. 31. Quid ſit fatum. 32 de ventis p. 33 Gratia Dei p. 34 Angelus Cuſtos vnicuique datus p. 35. Eius officia & laudes vſque ad finem libri p. 36. 37.

EX LIBRO SECVNDO.

SAcri concionatores audiendi p 38. Libri patrum legendi p. 39. Deus factus eſt homo p. 40. Adoleſcit p. 41 miracula ibidem. paſſio mors 42 43. Reſurrectio p 44. Ad Cęlum p. 45. Se ipſum relinquit Amanti in S. Euchariſtia 46. Virtutes S. Sacramenti 47. 48. Præcepta Dei p. 51. Lethalia peccata fugienda 52 Occaſiones peccati fugiendæ 53 Propria voluntas Deo dicanda 55. Decem præcepta

57. Exempla Martyrum 60.61. Mater diuini Amoris Colenda 63.64. Donat ſancto Franciſco ſuum filium 65.66 Digreſſio & Canticum ſancti Franciſci vſque ad finem libri.

EX TERTIO LIBRO.

TRiumphus Diuini Amoris p 71 72. pax animi, & conſcientiæ 74 Mens Amantis Paradiſum Contenpletur p. 75. theatrũ Chriſti 76 Templum Virginis in Paradiſo p 77. Prauæ conſcientiæ morſus 78. 79 Meditabitur inferos 79 80. res aduerſæ ſunt vtiles 81. 82 83. Otia fugienda 84 Opera Miſericordiæ p 84. Meditatio vtiliſſima 85. Vita hominis nihil 86. Diuæ Magdalena Chriſtũ quærit 87. Apparitio D uini Amoris 88. Eius præcepta 89. Pater Confeſſarius 90 Libelli obſcœni fugiendi 91. Totum ſe tradat Deo 91 Exempla ſanctorum, blanditiæ mulierũ vitandæ 94 Iudicij dies animo reuoluendus 95. precatio Illuminati ad Deum 99. Vt longo tempore duret amor, Amans maceret ſe ieiunijs, & verberibus precatio p. 102.

NO-

NOTÆ EX PRIMO LIBRO de Arte Amandi Virginis.

DEſcriptio peſtis p 110. Puritas Virginis imitanda 111. Concio patris Æterni p. 112. Virgo ſine peccato originali concepta p 113. Dauidis Cantio 114. 15. Tempeſtatis deſcriptio p. 118. 120. Virginis Pulchritudo, & partes frontem, oculos, labra, &c 121. 22. potentia Virginis 124. Miracula Sanctis. Virginis 138. Damaſceni Canticum cum Carmine Intercalari 136. 137. 138. vſq; ad finem libri.

EX LIBRO SECVNDO NOTÆ.

SImilitudo morum parit amoré p. 144. fides Virginis inuicta ſemper 145. Virginitas eius imitanda & multa de virginitate 147. 148. 149. Humilitas 150. De fiducia in virgine 151 Pœnitentia & eius effecta 145 Oratio vocalis, & mentalis 156. Gulæ vitium fugiendum choreæ 157. Ludi cauſa irarum & hic de Virginé à ſaxo 158. Conuiuia fugiat vbi omnia venerea 159. Otia vitanda 160. 161, Pietatis officia 163 164. Talis pater Carolus Manſius 166 Effigiem Virginis ſecum ferat 169. Viſendæ imagines per totum orbem terrarum 169. 170. Munuſculis donãda Virgo 171. 172 Miſteria Roſarij 173. Aſſumptio Virginis in Cælum 175 Gabrielis Cantus 177. vſq; ad finem libri.

EX LIBRO TERTIO NOTÆ.

HOnor Deiparæ Virginis per omnes orbis terrarum partes colitur;per Europam, Aſiam,&c 180.181.182.Imperium Virginis 182 183 Chriſtus reliquit ſe ſub ſacramento Euchariſtiæ, 184. 185 Quid ſit peccatum 187.ConcioDemonis venenata p.188.Quid ſit vita humana. 189. 190. Dies Iudicij deſcribitur 192. 193. Fugiat aſſentatores 200. Sanctus Bernardus apparet 200 201. totus Mariæ obſequio deditus Catenam gerat. 208 Cum ea ſoliloquiũ p.209.Sanctus Bernardus Cælum repetit 210.Amans Virginis mortis periculum ſemper meditetur 211. Auxilium Virginis 212.ſignum Crucis quid poſſit 213. Librum Claudit Amantis precatio pathetica & poetæ ad Virginem gratiarum actio.

[illegible] ogl